M. FABII QUINTILIANI

DE

INSTITUTIONE ORATORIA

LIBRI DUODECIM.

EDITIONIS SPALDINGIANAE

VOLUMEN V.

SUPPLEMENTA ANNOTATIONIS ET INDICEM CONTINENS

CURAVIT

CAR. TIMOTH. ZUMPTIUS.

LIPSIAE, 1829.

SUMPTIBUS FRID. CHRIST. GUIL. VOGELII.

John S. Lawrence Estate
gt
5-2-1926.

SENI VENERABILI

CAR. AUG. WILH. SPALDINGIO,

A CONSIL. REG. BORUSS. IN REBUS JURIDICIS,

ET

CAROLO CHRISTIANO MUELLERO,

A CONSILIIS REGIS BORUSS. INTIMIS IN ADMINISTRANDA JUSTITIA, EQUITI ILLUSTRI CET.

S. D. P.

CAR. TIMOTH. ZUMPTIUS.

Redeunt ad Vos, Viri eximii, hae reliquiae, e quorum domo exierunt: neque ad quemquam mortalium justius pertinent, quam ad Vos, quibus et sanguinis et affinitatis artissima conjunctione memoria beati Spaldingii imprimis cara est. Earum colligendarum et adornandarum curam scitis a me susceptam esse, postquam Phil. Buttmannus, quem nunc item ultima sors ex hoc familiari coetu in illum divinum avocavit, ei negotio, absoluta textus recensione, amplius operam dare noluit: sed ne ego quidem sustinuissem, nisi et Spaldingii Vestri manibus, et Vobis ipsis, Viris amicissimis, gratum me facturum sperassem. Quorum quamvis industria in alio genere studiorum palam versetur, dubito tamen num cui hominum liberali quodam amore bonarum litterarum omnium cedatis, siquidem et Tu *Spaldingi*, candidissime senex, otium,

quod Tibi meritissimo contigit, etiamnunc in diligenti omnis historiae tractatione consumis, cujus singularis scientiae illustre olim documentum publice dedisti, et Tu, *Muellere*, Vir Juris peritissime, maximarum rerum curas poëtarum Graecorum et Romanorum assidua lectione exhilaras, ambo insigni prorsus exemplo morum gravitatem cum litterarum jucunditate miscetis. Sed verendum mihi est, ne modestiae Vestrae injuriam faciam, si plura de laudibus Vestris, quamvis libenter in ea re commorer, adjungere velim: tantum concedatis quaeso, ut exteri, in quorum manus hic liber venerit, intelligant, causam mihi dupliciter justam fuisse, cur eum Vestro nomini inscripserim. Nam Vos rectissime intelligitis, cum Quintilianus nobilissimae olim artis nec hodie inutilis nobilissimum compendium scripserit, in quo nullam partem bonarum litterarum omiserit, bene de ipsis illis litteris mereri, qui in eo et emendando et illustrando operam collocent. Quodsi uno quasi conspectu et cum majore oblectatione Vestra cognoscere voletis, quid ad eam rem, quae nobis proposita fuerit, hac ultima Spaldingii Vestri et mea opera profectum sit, paulisper expectate, dum Vobis textum Spaldingianum ex hac observationum silva denuo correctum obtulero. Valete, Viri optimi, meque, ut facitis, amare pergite.

Scripsi Berolini Id. Jul. 1829.

PROOEMIUM.

Supplementa operae suae in Quintiliani Institutione oratoria et emendanda et explicanda positae ipse Spaldingius conficienda sibi esse statim post editos aliquot libros intellexit, et auctis subinde copiis, cum ejus rei manifestior fieret necessitas, promissum renovavit: verum immatura morte oppressus non modo supplementorum colligendorum, sed etiam integri operis absolvendi curam aliis reliquit. Et hanc quidem partem operis derelicti Philippus Buttmannus, quo, dum in vivis erat, familiarissime usus erat Spaldingius, absolvit; quae supererat, longe eam quidem utiliorem litteris, quam jucundiorem, postquam Aug. Wolffius, in schola provinciali Portensi professor meritissimus, deposuit, ego mihi demandari passus sum, motus et Buttmanni auctoritate et Spaldingianae memoriae caritate. Quae impedimenta occupationum mihi acciderint, quominus id, quod semel suscepissem, in summa faciendi voluntate, statim effectum darem, et mihi molestum est dicere, nec refert aliorum scire: solvi nunc tandem nomen et juvat oblivisci, quantum curae et laboris, quantum etiam taedii

tum mihi, tum duobus juvenibus, Frid. Sandero et Ed. Bonnello, exhauriendum fuerit, ut ad hasce epulas instructas litterarum Romanarum studiosos invitare possemus. Nam magna me laboris parte industria horum virorum doctorum levavit, quorum Sanderus quidem in tribus primis libris et quarti capite primo, Bonnellus, illius operae successor, in alteris tribus libris usque ad sextum variantes codicum manuscriptorum et editionum veterum scripturas plerasque ita composuerunt, ut firma quasi fundamenta collocarent, quibus ipse possem et reliqua superstruere et judicium adjungere. Et in ea quidem re tam accurate versati sunt, ut, cum denuo congeriem variantium lectionum cum libris olim editis et excerptis manuscriptorum conferre instituissem, pauca corrigenda vel addenda invenerim, quamvis facile esset ut in ejusmodi negotio vel acerrima cura defatigaretur. Itaque non dubito quin, quo rarior hac quidem aetate lis bene merendi de litteris Latinis voluntas est, omnem virorum intelligentium gratiam inituri sint, quae longe omnium jucundissima merces est juvenum altiora petentium.

Sed accuratius explicandum est, quid hoc Supplementorum volumine novoque apparatu ad Quintilianum expoliendum contineatur. Et totum quidem ejus conficiendi consilium inde profectum est, quod Spaldingius primum in opere Fabiano recensendo et illustrando, quo longius procederet, eo plus sibi agendum proposuerat, tum quod gravissima subsidia critica post primum demum alterumque volumen editum ei obtigerant, denique quod ipsi inter edendi moras non exigua observationum copia subnata erat, quas in fine totius operis cum lectoribus communicare vellet.

Nam cum initio plus operae in rebus explicandis, quam in verbis ad criticam veritatis rationem exigendis posuisset, seque omnino studiosis potius harum litterarum quam peritis scribere professus esset: in progressu operis, partim quod incertam textus, qui dicitur, constitutionem melius perspexisset, partim quod auctis copiis etiam hac in re operae sese pretium facturum speraret, coepit magis magisque non ille quidem omittere interpretis officium, sed tamen intentiore cura simul fontes receptae lectionis examinare et judicium liberius ad corrigendum textum adhibere. Itaque in primo volumine variantes scripturas librorum et manu exaratorum et olim impressorum, quos partim alii, et imprimis Burmannus, adhibuerant, partim ipse collegerat, multo parcius commemoravit quam paulatim in altero facere coepit et prorsus fecit in tertio: ut inde nobis necessitas nasceretur, si convenientiam quandam totius editionis efficere vellemus, Spaldingii vestigia legere et repetere, quae ipse tum quidem consulto omiserat, postea omisisse aegre ferebat. Itaque amplam rei criticae materiem congessimus ex editionibus veteribus, Campaniana (1470) Jensoniana (1471) Tarvisiana (1482) Locatelliana (1493) Veneta (1494) Aldina (1514) Badiana (1516) Cervicorniana (1521) Sichardiana (1529) Colinaea (1543) Gryphiana (1544) porro Stoeriana, Chouetiana ceterisque recentioribus, et adjecimus quicquid alicujus momenti videretur esse ex Burmannianis et Gesnerianis copiis, item variantes scripturas Guelferbytani et Gothani codicis, quas quidem omisisset Spaldingius: eaque re perfecimus, non solum ut priora volumina ad eandem cum reliquis in hoc quidem genere perfectionem adducerentur, sed etiam textus, qui dicitur, historia quaedam critica demonstraretur. Quin etiam quic-

quid reliquum est veterum editionum libenter in hanc silvam recepissemus, si reperire in his regionibus potuissemus. Apparet autem, Spaldingium, quo certiorem sibi editionis suae mutatique consilii speciem informasset, eo diligentius veterum librorum testimoniis usum esse, nec prope finem voluminis secundi omisisse nisi aperta menda et inania repetitorum nomina; quocirca illud spicilegium per tertium quartumque volumen, si forte etiamnunc aliquem fructum afferre possit, futuris editoribus reliquimus.

Sed sicut in hac negotii parte nihil nisi vestigia Spaldingii pressimus, et religiosa quadam diligentia, quoniam alieni operis successori non idem licet, quod primo auctori, fortasse nimis largiter, quae nescio an ipse nunc quoque omittere satius putasset, collegimus: ita dubium non est, quin alterum Supplementorum genus insperato gaudio omnes affecturum sit, qui et Quintiliano et litteris Latinis bene cupiant, illud, quod codicum manuscriptorum recens collatorum, quibus ipse Spaldingius longius interim progressus uti non potuit, lectionibus excerptis continetur. Tot enim loci desperati emendantur, tot vulnera cicatricibus dudum obducta reteguntur et certis remediis sanantur, ut nullam adhuc messem uberiorem in Quintiliano obvenisse existimem. Laetatus erat Spaldingius reperta Campani editione, qua nondum ei in primo volumine uti contigit; laetatus erat oblata codicis Turicensis pleniore collatione, cujus variantium lectionum per librum primum et secundum non habuit, nisi exiguum admodum specimen: sed exultasset profecto gaudio, si cum frustra corruptis se Guelferbytani et Gothani codicis scripturis macerasset, in tempore Florentinum librum et praestantissimum omnium Am-

brosianum priorem nactus esset. Verum ille Florentini codicis excerptis demum ab libro VII cap. 6 §. 7 uti coepit, nec Ambrosianum illum antiquissimum, item alterum ejusdem bibliothecae, longe quidem priore deteriorem sed ne sic quidem inutilem, nisi obiter per opportunitatem suscepti in Italiam itineris, dum tertii voluminis editionem parat, inspexit, integram utriusque diversitatem scripturae excerptam paulo ante obitum accepit. Itaque rara admodum et dispersa mentio codicum Ambrosianorum fit per illud volumen, nisi quod eos in libro nono aliquanto accuratius Spaldingius comparavit, Ambrosianum I quidem usque ad cap. 4 §. 135, quo loco, compluribus foliis deperditis, optimus ille liber deficit, neque luce sua ante ipsum operis epilogum crassas ceterorum codicum tenebras diffundit, Ambrosianum II usque ad cap. 3 §. 2, ubi interrupto verborum textu lacuna pertinet ad lib. X, 1, 108. Sed ne ab hoc inde loco usque ad lib. XI, 1, 72, ubi denuo hic liber lacunam habet, Spaldingius ejus variantibus lectionibus usus est, praeterquam in illa parte capitis primi libri XI: ab XI, 2, 34 demum, unde redorditur textus, usque ad XII, 6, 5, ubi deficit liber, quascunque sibi collegerat copias, simul omnes paratas habuit.

Hoc igitur negotium illo priore, quod paene totum relegendis ac repetendis iis, quae tam quidem consulto ipse Spaldingius omiserat, continebatur, longe et jucundius et fructuosius fuit, ut codicum Turicensis, Florentini, utriusque Ambrosiani per eas partes, ubi quemque eorum Spaldingius non adhibuisset, vel minus accurate commemorasset, scripturae diversitates colligerentur et cum Spaldingiano textu committerentur. Neque enim haec codicum

excerpta, ex quo primum eorum quoque Spaldingius uti coepisset, omittenda fuerunt, sed porro aliquanto longius conferenda, quandoquidem ille, cum initio Quintilianum ad Guelferbytani et Gothani fidem recensere instituisset, etiam cognitis melioribus rei criticae subsidiis, hunc tamen quasi vetustae familiaritati honorem habuit, ut advenas non statim pleno, quemadmodum merebantur, amicitiae jure reciperet. Itaque factum videtur, ut, cum Guelferbytani et Gothani varietates religiosa quadam cura enotare pergeret, minus diligens in commemorandis Turicensis et Florentini quamquam longe graviorum librorum, scripturis esset. Cf. quae ad VIII, 1, 16 notavimus.

Atque in hac tota re saepe mihi accidit, ut viri doctissimi cum ingenium et industriam admirarer, tum fortunam conquererer, quod ille, quo non fere quisquam studio doctrinaque paratior ad Quintilianum recensendum accessit, minus plenum laboris sui fructum, certe praesentem, tulit. Nam initio cum fidem suam infidelibus quibusdam ducibus, vetustis editionibus, obstrinxisset, nec haberet nisi paucos manuscriptos eosque deterioris ordinis, tamen sola mentis intentione usus saepissime verum invenit, sed non minus saepe, dum conjecturas laboriose ad illorum ludibria scripturae instituit, operam perdidit, fructuque laboris jucundissimo caruit eo, ut totum sui scriptoris textum ad eam, quam expetebat, constantiae ac veritatis formam exactum videret. Verum progrediente opere magis magisque istis falsae religionis impedimentis sese exsolvit, liberiusque copiis suis non jam ad opinandum quale quidque videretur fortasse fuisse, sed ad tollendam priorum aut levitatem aut negligentiam uti coepit. Apparet etiam, invenisse eum

usu codicum manuscriptorum distinctos quosdam ordines, ad quos delectum institueret, eum quasi gradus depravationis studiose discerneret, et fidelem aliquorum ignorantiam, quousque liceret, aliorum simulatae sanitati praeferret, et id ageret omnino, ut sublato longae possessionis injusto jure, Quintilianum ad semet ipsum revocaret. Sed tota haec codicum ratio, de qua imprimis mihi dicendum esse video, clarissimam nunc lucem accipiet prolatis Ambrosiani I lectionibus, cujus quidem codicis etiam Spaldingius notitiam habuit et bonitatem aliquatenus expertus est, sed quanta esset praestantia, penitus nunquam cognovit*), quod eum non norat nisi ex deteriore illius parte. Nam cum illius libri haec sit condicio, ut reliquorum bonorum librorum per virtutes aeque ac vitia dux quidam ac princeps sit, mirum est dictu, sed verum tamen, quodque facile sese ingerat peritioribus, virtutes clarissime in primis quattuor libris eminere, vitia in posterioribus. In illis autem tam singulari bonitate est, ut, quo quisque magis ab eo dissentit, eo inferior censeri debeat, possintque ab eo velut gradus virtutis constitui.

Nam ex eodem, quo ille, fonte fluxerunt, faciuntque unam codicum quasi familiam Turicensis et Florentinus, quorum varias lectiones nostra editio nunc quidem integras dat, item qui dicitur Almeloveenianus, cujus satis accuratam collationem Burmannus edidit, et Argentoratensis, cujus ope Obrechtus Quintilianum ita recensuit, ut ea editio

*) Neque Buttmannus cognovit, qui librum ita justo minoris aestimaret, ut in fine libri XII ne commemoraret quidem: at tu vide in Supplementis.

reliquis omnibus merito praeferuntur, peculiarem collationem nondum habemus; denique Bodlejanum quoque ad hanc classem pertinere verisimile est, quatenus librum novimus ex negligenti et dispersa Gibsoni commemoratione. Horum librorum quinam ex quibus descripti videantur, certo statuere quis audeat? sed hoc facile patet, si quis unus ex his ceterorum fons fuerit, eum alium esse non posse nisi Ambrosianum I. Nam ceteri boni fere negligentia et ignorantia corrumpere solent, quae in illo optime leguntur. Exempli causa Prooem. lib. I §. 6 Ambrosianus: *Sed quod erudiendo* G e t a e *tuo, cujus prima aetas manifestum jam ingenii lumen ostendit, non inutiles fore libri videbantur.* Alii omnes *n a t o tuo*, verbo ab usu prosae orationis alieno; tum boni, certe Alm. Flor. qui commemorantur, *jam* omittunt tantum, reliqui *iter ad* inepte corrigunt. Lib. I, 1, 37 vulgo χαλεποὶ *Graece vocantur* — nimirum versus ad exercendam pronuntiationem de industria compositi ex aspere coëuntibus syllabis. Ambros. noster χαλινοὶ optime, Turic. Flor. χαλεινοι mendose. Lib. I, 5, 35 Ambrosianus: *cum — mutatio vocis alterius rectam loquendi rationem* s i t r e d d i t u r a, *ut amari corticis fiat.* Turic. *sic redditur aut*; Flor. *sit reddit aut*, parum a vero discedentes, sed mendose; etiam Guelf. *si creditur aut*, sed reliqui cum editis *sic reddit ut*, soloece. Lib. I, 6, 25 Ambrosianus: *Quid vero, quod (ut dicebamus) similes positiones in longe diversas figuras per obliquos casus exeunt? ut virgo, Juno.* (Genit. *virginis*, at *Junonis*.) Flor. Turic. ordine verborum confuso *Quid vero similes quod ut dicebam positiones.* Sed in reliquis accesserunt correctores: *Quid, non similes quoque positiones.* Libro tertio extr. Ambrosianus: *Praeterea quae partes sint judicialium causarum, supra dictum*

est, proximus liber a prima, (scil. parte) *id est exordio, incipiet.* Turic, Flor., alii, praepositione per negligentiam omissa, *prima*, unde etiam origo emendandi *exordiu*, donec inventi sunt, qui insuper corrigerent *prooemia*, vel *principia.* II, 13, 9 Ambros.: *dat actum quendam et affectum.* Ceteri omnes *et factum*, nunc vulgo *effictis.* Lib. IV, 2, 112 Ambros.: *cum praesertim etiam in probationibus facilioreme sim animum ejus habiturus.* Tur. *faciliore sim animum ejus ac ambitur*; item Almel. nisi quod in eo pro *ac ambitur* traditur esse *abitur*, utrumque turpi mendo. Reliqui *faciliore sim animo ejus abusurus* corrigunt, idque male adhuc ab editoribus excusatum est. VI, 2, 14 Ambrosianus: *cum senex adolescentis alieni convicium — fert.* Turic. a pr. manu *alieni cum vitium*, leviter peccans, alii *alia enim convicium*, item parum aberrantes a vero, a quo jam longius abit *alia cum vitium*, quod quia fert quodammodo contextus verborum, lectio vulgaris facta est. VIII, 6, 67 Ambrosianus: *Alio, qui, ubi nihil ex significatione mutatum est et structura sola variatur, figura potius verborum dici potest,* (hyperbole) *sicut multi existimarunt. Longis autem hyperbatis et confusis quae vitia accidunt, suo loco diximus.* Quid ceteri? primum *multi ex his* omnes, tum fideliores Flor. Tur. Alm. *multi ex his mariur longis mutem*, et postea *et confusis* vel *confusi.* Quid reliqui mss. et editi? *sicut multi narrationem longis mutant hyperbatis. Ex confusis quae vitia*, vel prorsus inepte. Talia invenies plurima, neque enim nunc aliud quicquam agimus, nisi ut genera corruptionum, de quibus dicimus, intelligas. Quamquam non opus est contendere, omnes illos codices ex uno Ambrosiano descriptos esse; nam fieri potest,

ut et illi et Ambrosianus ex communi fonte, vetustiore aliquo libro, pariter fluxerint. Sed hoc certum est, cum omnes simile quoddam propositum habuerint, Ambrosianum proxime id consecutum esse. Itaque plurimis item locis solus ille veram scripturam restituit, ubi ne vestigia quidem corruptionis in ceteris reperiuntur. Ex. gr. lib. III, 1, 12 cum omnes sic habeant: *Horum primi communes locos tractasse dicuntur Protagoras, Gorgias, Prodicus et Thrasymachus*, Ambros. docte sic auget: — *communes locos tractasse dicuntur Protagoras, Gorgias, affectus Prodicus et Hippias, et idem Protagoras, et Thrasymachus.* Lib. IX, 4, 48 vulgo legitur: *Licet igitur paeona sequatur Ephorus dactylumque, fugiat spondeum et trochaeum*; Ambros. pro *spondeo* habet *molossum*, unice vere, nam rhetorem fugisse spondeum quis credere potest? molossum, ut contra tribrachum, (nam is Quintiliano trochaeus vocatur) ratio fert. Lib. I, 4, 25 pro eo quod vulgo est: '*Scrutabitur mille praeceptor acer* — *origines nominum* Burmannus olim conjecit *ille praeceptor*, i. e. qui dudum describitur. En sic manifesto Ambrosianus, qui item VII, 4, 37 *hinc moventur illae cavillationes juris, quid sit remp. laedere* cet. habet, ubi nunc *mille cavillationes juris* sunt, quarum importunitatem haud dubie multi senserunt, nemo exturbare ausus est.

Sed quoniam res tulit, ut veteris editoris conjecturam adhuc in notis delitescentem auctoritate Ambrosiani codicis confirmari ostenderimus, quidni Spaldingii potius nostri laudem cum libri praestantia conjungamus, et, sicut saepe editoris ingenium eludit codicis fides, ita virtuti quoque utriusque mutua testimonia quaeramus? Itaque laetabere

concordare v. c. lib. I, 5, 22 ubi Spaldingius *ut* ante *videlicet* omitti jussit; I, 6, 45 ubi *loquantur* pro *loquuntur* scribendum censuit; lib. IV init. *nova* pro *novae*; IV, 1, 28 *reorum* pro *eorum*; IV, 2, 28 *affectu* pro *affectus*; VI prooem. 6 ubi verbum *oblectabar* delendum judicavit; VI, 1, 25 ubi *illi* pro *ille* conjecit; VI, 2, 8 *quod* pro *quam*; VI, 3, 32 *ait* pro *ad*; VIII prooem. 18 *decoris qui* pro *quod*, aliisque locis, ut puto, pluribus, quos nunc non investigo. Quae in unum sic congregata non vereor ne cui artis perito levia videantur, qui sciant, conjecturam ita merito quamque meliorem existimari, quo magis singularum paene litterarum ductus servet: imperiti cogitent, maximarum rerum discrimina saepissime non in litteris modo, sed in apicibus etiam verti, cujus rei illustrissimum exemplum pro captu suo cognoscant apud Perizonium in commentariis historicis p. 374. Nos autem, quod nunc quidem agendum fuit, satis jam putamus manifestum esse, codicem Ambrosianum I non propria modo bonitate sua plurimum conferre ad emendationem textus Quintilianei, sed etiam multum prodesse, ut reliquorum codicum natura et auctoritas appareat.

Nam cum primae classis librorum hoc sit ingenium, ut bonum aliquod et incorruptum exemplar fideli proposito, sed mendosa imbecillitate secuti videantur, (unde fit, ut haec culpa, sive postremorum sive priorum librariorum est, frequenter certissimo remedio Ambrosiani codicis multo emendatioris corrigi possit,) altera classis ab alio videtur vetere exemplari orta esse, cetera quidem non dissimili illius prioris, sed et minus accurate scripto et multis locis jam olim ad levem verisimilitudinis rationem

correcto. Huc pertinent ex integris codicibus Guelferbytanus Spaldingii et Parisinus 7724 sive Regius I apud Pottierium, porro lacunosi illi et olim collati Pithoeanus, Jeannensis apud Gibsonum, Vossiani I et III et Bernensis apud Burmannum, Parisini 7719, 7720, 7721, 7722 sive Regii 3. 4. 5. 6, sicut Pottierius appellat, qui dispersas ex iis variantes dedit, denique recens adhibitus Spaldingianus Ambrosianus II, de cujus cum Guelferbytano consensu tot extant expressa vestigia. Sed tamen infidelitatis non est, quod hanc classem librorum arguamus: contra videntur illi propositi sui fines recte servare, neque vel erubescere vitiis vel insolescere bonis. Verum tertia classis librorum, quanquam ex altera ducta, denuo interpolata est, et plurimis locis, ubi et opus esse et licere videbatur, non tam fidelium librariorum quam criticorum admodum audacium manum prodit. Eo pertinent liber Gothanus, primum a Gesnero, deinde a Spaldingio collatus, Vossianus II apud Burmannum, Parisinus 7723 sive Regius 2 apud Pottierium, qui olim fuit Laurentii Vallae, unde Vallensis a Raph. Regio dictus est.

Haec igitur codicum Fabianorum generalis et universa quaedam ratio est, qua ne quis falso abuti velit, (quamquam veteri proverbio *usum non tollit abusus*) monendum videtur, esse iisdem codicibus peculiaria quoque vitia, neque ullum Quintiliani codicem tam emendate scriptum esse, ut non plurimis cujusvis generis erroribus refertus sit. Nam ut nihil de vulgaribus peccatis dicamus, quid a natura codicis Ambrosiani I tam abesse videtur, quam inanium verborum additio? Itaque libenter lib. II, 4, 5 ejus auctoritatem secutus scripseris: *quin ipsis quo-*

que doctoribus hoc esse curae velim; etiam lib. I extr. *dedit enim hoc quoque providentia hominibus munus.* Verum continebis tamen assensum, si aliis quoque locis I, 12, 10 et V, 5, 1 in eodem libro eandem vocem prorsus temere addi videris. Porro in universum consenti primae classis libri alieni videntur esse a correctionibus, quas fere dicere in arte critica solemus, id est librariorum mutationibus ad levem verisimilitudinis vel grammaticae convenientiae speciem institutis. At videbis tamen eos haud ita raro aut omnes, aut unum et alterum ita peccare, ut proximum verbum ad casum praecedentis accommodent, sicut v. c. in Turic. Flor. Alm. lib. III, 6, 12 est *intestati heredis*, cum esse debeat *intestati heres*, et VII, 1, 58 in Turic. Alm. sicut in Guelf. *rusticum innocentem* pro eo quod est *rusticum innocenti.* Cumque laus integritatis in Turic. et Flor. codice non pertineat nisi ad primam manum eorum, negari tamen non potest, altera manu, quamvis ea fere ad alterius classis libros inclinet, peccata nonnunquam rectissime emendari, vel etiam ad fidem Ambrosiani I reformari. Quid igitur? Num id agimus, ut convellamus rursum, quae paulo ante nobis recte construxisse videbamur? Minime vero. Sed cavere volumus, ne quis perspecta codicum universa ratione omnem rem jam ad manus redisse putet, sicut nuper aliquis nescio utrum risum captans, an opinionis errore revera arbitratus est. Nam critice, cum nomen acceperit a judicando, judicium nunquam non a se alienum censebit: verum eo qui naturae vitio non egebit, facile intelliget, quo tales observationes pertineant et quatenus usui esse debeant.

* *

Quid enim, quod illa codicum mss. condicio post primos quattuor libros magnopere mutari videtur? cuius rei ratio item clarissime perspicitur ex Ambrosiano I. Nam hic liber cum in illa tertia parte operis non fide tantum una cum reliquis bonis excellat, sed etiam accuratione his ipsis longe praestet, per totum librum quintum et sexti magnam partem negligentia et ignorantia librarii corruptus videtur, nec per insequentes libros, etsi longe quidem diligentior fit, ignorantiae tamen mederi potest. Itaque in hac parte non adeo multum praestat Turicensi et Florentino ceterisque ejusdem sectae, quin etiam omnes hi frequenter alterius et tertiae classis librorum auxilio sustentandi sunt, ut lacunae aliquot verborum ad sensum necessariorum expleantur, aut turpia aliorum verborum menda certiore quadam via tollantur, quam fieri posse nostris conjecturis videatur. Sic v. c. V, 7, 1, *differentia* pro *diffidentia*, §. 29 *pars* pro *parum*, *ea* pro *causa*, §. 16 *odi* pro *ejusmodi* in omnibus primae classis libris leguntur, et in principio prooemii libri V verba *sed vix etiam viro dignum*, item V, 7, 5 compluria verba ab illis omnibus absunt, et V, 9, 11 verba *sunt — utrique* in Ambros. I omittuntur. Cujus rei aliam ego explicandae rationem non invenio, nisi ut statuam, eam partem vetustioris libri, unde aut solus Ambrosianus I (nam is etiam hic ordinem ducit suorum) aut alii quoque boni descripti sunt, temporis injuria corruptum fuisse, ut librarius, cum expedite legere non posset, taedio ac desperatione pessimae scripturae afficeretur; sed alium fuisse librum, alioqui virtute illi inferiorem, sed melius servatum, unde codices secundae et tertiae classis descripti fuerint.

Itaque crisis in hac parte operis Quintilianei difficillima est, neque eam dum exitum invenisse praedicare licet. Sed invenit tamen Spaldingii religio certam quandam rationem, ad quam dirigeretur. Nam cum duces haberet codices Turicensem et Almeloveenianum et editionem Campani, quae non obscure ad Florentinum librum exacta est, posteaque ipsum Florentinum nactus esset, hoc tamquam fundamento usus est recensionis, quod non omitteret nisi invitus, aut sicubi ineptum videretur defendere, quae obtinere nequiret. Quantum profecerit, apparet. Mihi quidem multum videtur, cum illud certe assecutus sit, ut remotis priorum editorum somniis jam quicquid editum est, certa ratione editum videatur nitaturque suis quasi radicibus, quamquam saepe infirmis. Sed multum porro conferet Ambrosianus I. Neque enim plane ab antiqua sua virtute degenerat, sed etiam in libris V et VI, qui pessime affecti sunt ex toto opere, multumque etiamnunc distant a nitore reliquorum librorum, saepe luce insperata tenebras discutit: et ipsam illam praestantiam quo progreditur longius paulatim recipit; prorsus autem certissimae cotis vicem praestat, ad quam reliquorum virtutes et vitia exigantur.

Hunc apparatum criticum variis lectionibus auxi ex codicibus Parisinis a Pottierio excerptis et ipsius editioni Paris. 1812, 3 voll. 8 min. adjectis. Sed quoniam idem Pottierius insequenti anno Commentarium Gallice scriptum in librum primum edidit, in eoque commentario item variantes codicum Parisinorum scripturas commemoravit, non prorsus easdem, quas in editione Latina, commentarium secutus sum in iis, quae aliter posuit, (nam *δεύτεραι φροντίδες ἀμείνονες* dicuntur esse,) sed adjeci tamen in

parenthesi quas antea protulerat, repetivi etiam eas, quas in commentario consulto videtur omisisse. Veruntamen haec commemoratio codicum Parisinorum speciem habet majorem quam utilitatem. Nam Pottierius quidem ipse rei criticae fuisse imperitus videtur, sed quod a Spaldingio, quem impense admirabatur, editionem Campani veteresque libros tanti fieri videret, fortasse etiam quod ipse apud suos non expers artis videri vellet, hoc sibi agendum sumpsisse, ut Campanianae varietates non indiligenter colligeret adderetque his lectiones ex uno et altero de sex regiis codicibus forte oblatas. Nam consilium quidem ejus in excerpendis libris nullum cognovi, qui ne in illis quidem locis, ubi maxime opus fuerit, fideliter annotarit, quid in quoque libro invenerit, in aliis unum et alterum testem laudarit, etiamsi certissimum sit omnes potuisse citari. Ex. gr. lib. II, 13, 13 *in ea tabula* est in editionibus ante Burmannum omnibus, in Burmanniana typothetarum incuria pronomen excidit, isque error, ut fit, per insecutas editiones propagatus est *). Pottierius igitur, *ea* videns in Campaniana esse, ad mentionem ejus editionis adjecit Reg. 1. Quid igitur reliqui? Omittuntne illi pronomen? Credere deberes, si accurata haberi posset collatio: sed cave facias. II, 8, 11 *an vero* et recentiores editiones omnes et ipse Pottierius in textu habent: *an non* lectio est aliquot veterum editionum ex conjectura Regii, codicis, quod sciamus, nullius praeter unius Gothani. Pottierius, cum silere posset, si in suis libris item *an vero*

---

*) Sic ex edit. Gesneriana in Spaldingianam irrepsit bis *dum* pro *cum* I, 1, 2 et I, 1, 34 ne quid dicam de erroribus typothetarum Spaldingianorum, fideli adhuc opera propagatis.

invenisset, hoc non fecit, sed scribit *an vero* Camp. Reg. 1. Ex quo si quis conjicere vellet, in reliquis esse *an non*, magnopere erraret. Nam ille nihil aliud quam significare voluit, lectam sibi quoque esse annotationem Spaldingianam, et testimonii causa unius codicis notam adjecit. Itaque fit, ut inanes fere hae dapes sint, et ad spectandum magis quam ad fruendum comparatae: neque ego curo, quid sit quod Dussaultius in nova editione Quintiliani Parisina Pottierii variantes sibi vindicat, tamquam a nepote ejus, qui excerpserit, Vicarii, olim professoris Parisini, ad se delatas. Sunt enim eaedem, quae apud Pottierium extant, omissis quibusdam, et adjectis aliquot novis typothetarum erroribus, quantum quidem ex apographo in Seebodii et Friedemanni Miscell. crit. Vol. I p. 486 sqq. intelligitur. Utique lis fuerit de lana caprina. Sed quicquid ejus est, Parisinorum codicum varietates in hanc penum nolui non recipere, ne quid deesset, quod ad opus praestantissimum emaculandum aliquatenus posset utile videri. Unum hoc moneo, ne quis propterea quod Pottierius nihil annotarit, hoc vel illud *esse* in codicibus Parisinis putet; nam sicut par est de fide hominis nihil secus existimare, ita periculosum est ex ejus silentio quicquam contendere. Spaldingianorum autem codicum, Gothani et Guelferbytani, Turicensis, Florentini, Ambrosianorum I et II tanta fides collationis est, ut nisi gravis quaedam causa obstat, (errare enim humanum est) etiam silentio sua fides haberi debeat. Itaque quamquam in hoc genere non incuriosus fui et ipse plerumque annotavi, propter silentium ejus, qui libros contulerit, *videri* in membranis hoc vel illud inventum esse, sive *fortasse* ita fuisse, verbi causa in Ambrosiano, juvat tamen apponere, quibuscum editis libris

quique manuscripti collati fuerint, ut qui post nos hac congerie usuri sint, habeant, ad quod conjecturas, si opus sit, instituant. Et Spaldingius quidem ipse editionem Campani et codices Goth. et Guelferb. cum editione Gesneriana contulit, Codices Turicensis, Florent. Ambros. II ad Burmannianam Lugd. Bat. 1720, Ambrosianus I, quod imprimis notandum videtur, ad Obrechtianam Argentor. 1698 exacti sunt. Veteres denique, ut hoc addam, editiones, quas nos ipsi post Spaldingium denuo perlustravimus, cum hac novissima comparatae sunt.

In his igitur codicum manuscriptorum lectionibus, quantum quidem excerpta nostra permiserunt, summa cura versati sumus. Habebunt in iis studiosi Latinarum litterarum uberrimum praesidium ad Quintilianum emaculandum, et quamquam dolebunt fortasse (mihi enim juvenum exercitationis causa nescio quomodo gaudendum potius videtur) superesse etiamnunc permultos locos, qui nisi felici divinatione restitui nequeant, plurimum tamen ad hanc rem proderit scire, aut nihil esse amplius ex codicibus manuscriptis sperandum, nisi qui novi singulari bonitate protrahantur, aut qualia in iis, qui nunc merito habentur integerrimi, ipsa litterarum ludibria sint.

Veterum quidem editionum in tanta multitudine collatorum codicum manuscriptorum multum imminuitur pretium et observandi necessitas: sed poterit nunc demum animadverti, quam earum quaeque sectam potissimum sequatur, et cujus generis codices manuscripti in ea adhibiti sint; quamquam mirum quantum primi editores absunt ab ea diligentia, quam hodie, qui editionem principem curant,

adhibendam sibi esse censent, et mox dum aliae ex aliis editionibus ducuntur, corriguntur, interpolantur, conflantur, vix justum quasi alveum, quem secutus videatur editor, cognoscas. Sed Campanianae multis vestigiis demonstratur librum Florentinum subesse, unde fit, ut multa in ea rectius legantur, quam per tria post saecula factum est; etiam Andreana, quam nos quidem non perlustravimus, sed Gibsonus, admodum ille quidem leviter, excerpsit, eandem familiam sequi videtur. Primum Jensonianus editor (Omnibonus Leonicenus) adhibito alterius classis libro, fortasse Guelferbytano vel simili, Campanianam vel Andreanam correxit, possetque adeo primus auctor vulgatae lectionis haberi, quippe quem maximam partem fideliter sequantur Locatelliana et Veneta (1494), ni tamen Tarvisina editio compluribus locis ad priorem librorum classem revertisset. Etiam Aldina, cum multa menda Naugerii correctoris ingenio tolleret, tum ex codice primae familiae profecit, quin etiam, ni magnopere fallor, ipsius in ea Ambrosiani I codicis aliqua notitia apparet. Verum Badius, confidentius textum aggresus, cum et tertiae classis libro (Vallensi, nunc Paris. 2, vide nos ad III, 1, 20) multum usus esset, et plurimum tribuisset Regii, audacissimi critici, quamquam saepe felicis, conjecturis, certus auctor vulgatae lectionis, quae dicitur, extitit. Sed ea tamen non est prius absoluta, quam Gryphianus editor in verborum maxime positu multa ad libitum mutasset. Sic deinde per Stoerium, qui tamen et ipse nonnulla correxit, et Chouetium ad reliquos propagata est, coepitque jam vetustatis jure frui religioseque coli, donec Spaldingius eam rursus ad codicum manuscriptorum fidem revocare coepit. Quam rem utinam jam ab initio fortiter aggressus esset, vel potuisset aggredi,

neve exemplum Burmanni et Gesneri secutus, timide pro antiqua elegantia reveritus esset, quod nunc apparebit *undique collatis membris* inepte compositum spectrum potius quam verum corpus scriptoris. Sed injusti ne simus adversus veteres illos, qui ut sitim aequalium suorum diu collectam restinguerent, properantes festinantesque libros antiquorum protrudebant, nihil minus agentes, quam quod nunc facimus, ut syllabas et apices examinemus, omniaque verisimilitudinis momenta perpendamus. Sed tamen etiam in hoc scriptore intelligitur, quam vana vulgi veneratio lectionis vulgatae sit, quamque injuste nos temeritatis accusemur, si in magna copia bonorum librorum manuscriptorum pleraque aliter constituere et licet et necesse est, quam adhuc in editionibus vulgaribus fuit. Quid? Temeritatem tu voces, cum ego ne litterulam quidem ullam ex ingenio correxerim, quin indicarim et addiderim, quid et olim editum fuerit et quid in codicibus manuscriptis legatur, ut frui possis judicio tuo? Quanto veteres illi, quos admiraris, liberiores fuerunt, quanto adversus hos, si quid bene actum erat, aequales sui justiores gratioresque. Sed missa haec faciamus, et tempori dijudicanda relinquamus*).

---

*) Possem hoc loco abuti, ut nescio cujus *veteris poëtae maledictis responderem*, qui nuper in Ephemeridibus litter. Halensibus operam meam in Q. Curtio recensendo positam ita incessit, ut simul omnes ληκύθους praeclarae artis suae in tuenda vulgata lectione, cujus vereor ut originem unquam intellexerit, effunderet, auriumque suarum delicatum sensum praedicaret. Sed transeat sibique habeat sapientiam suam qui ausus etiam sit fidem Quiritium implorare et litteris uncialibus tamquam infandum flagitium arguere, quod ego apud Curtium VI, 6, 31 *concepto igne proxima quaeque adurebantur* pro vulg. *adurebant* ediderim; quasi aliter esse vel possit vel debeat.

Transgrediamur ad tertium Supplementorum genus, quod constat Spaldingii annotationibus, quas ipse aut ad marginem editorum librorum suorum, aut in chartis interjectis adscripserat, ego fide, quae in ejusmodi rebus et auctoris memoriae et publico usui debetur, repetivi et Spaldingiani nominis nota apposita distinxi. His adjeci et meas animadversiones inter legendum et relegendum natas, et, prouti res videbatur postulare, litteris mandatas, et excerpsi, quae ab aliis Viris doctis post obitum Spaldingii ad emaculandum Quintilianum excogitata comperissem, imprimis quae libellis ob aliam scribendi opportunitatem compositis dispersa essent. Nam ut omnes opinionum diversitates recenserem, etiam eorum, qui peculiares editiones aut totius operis aut decimi libri sine novis codicum manuscriptorum copiis procurassent, et variorum suffragia inerti quadam diligentia colligerem, a me obtinere non potui, neque postulandum videtur a Spaldingiani operis successore.

Indicem rerum et verborum a Spaldingio in notis et criticis et exegeticis tractatorum ipse confeci, Quintiliani verborum et auctorum ab eo laudatorum locupletissimum et prorsus absolutum Ed. Bonnellus paene absolvit, singulari volumine propediem edendum. Nam quominus veterem Gesnerianum auctum repeteremus, ut initio institueram, deterruit nos justissimus haud dubie metus, ne quid imperfectum proderemus, quodque litterarum Latinarum studiosis parum satisfacturum esset. Neque enim ante tota haec, quae nunc viget, cura lexicorum condendorum certum effectum habere potest, quam elegantium ac politorum cujusque aetatis scriptorum indices, non forte collecti, uti cuique

editori excerpere libuit, sed absoluti omnium verborum et locutionum extant: sicut adhuc in egregio lexico Forcelliniano dolui Quintiliani et Taciti, adde etiam Curtii mentionem mancam esse et imperfectam, omninoque argenteae, quae dicitur, aetatis sermonem parum recte explicatum. Et de Curtio quidem non miror, quem adhuc plerique quo loco haberent dubitarunt, et cujus textum nondum certis et velut suis vestigiis consistere, quamvis fateri nollent, suspicati tamen sunt: sed Quintiliano et Tacito haud dubie sola indicum exilitas nocuit. Quid vero quod ne dolendum quidem videtur, adhuc neminem in lexico Quintilianeo conficiendo elaborasse, quoniam nunc facile cuivis patebit, quem illi nobis Quintiliani sermonem commendaturi fuissent, eum a vero et accurato mirum quantum abhorrere, et corrigendi laborem etiam molestiorem futurum fuisse quam de integro faciendi? Nam cum hoc primum Spaldingii cura et diligentia effectum esset, ut textus Quintilianeus ab editorum veterum levitate et mutandi licentia, recentiorum aut negligentia aut falsa religione in tuenda ista quasi jam sacrata antiquitate, ad solam codicum mss. tamquam locupletiorum testium auctoritatem revocari coepisset; qua re inumeri errores, quamquam leviores, sed errores tamen, sublati sunt: nunc demum inventis et prolatis praestantissimis emendationis fontibus textus verborum eam consequetur firmitatem, ut tuto possit in plenos indices et mox in lexicorum horrea transferri. Quamquam, ut nunc res est, facile intelligitur, ad nostros indices Fabianos non solum laborioso quodam et industrio homine opus esse, sed etiam docto et rei criticae perito, qui ex ingenti variantium lectionum farragine secundum artis et sermonis praecepta deligat vera et man-

sura, abjiciat falsa et mox inter ultima impedimenta editionum removenda. Qualem Ed. Bonnellum non speramus fore, sed confidimus et esse cognovimus. Itaque nemo tarditatem operis incuset, jam per quinquennium extracti, sed nunc propemodum ad umbilicum adducti. Nam cum optima quaeque diutissime crescant, tum rarissima est illa hominum felicitas, quibus uni litterarum generi assidere liceat, nec fere quibus maxime velimus et opus sit contingit.

Sed ego praeterea hoc voluntati viri honestissimi, qui hanc editionem redemit, dandum putavi, ut textum Spaldingianum ad fidem codicum manuscriptorum recens collatorum denuo accurate exigerem, eique singulari volumine describendum traderem. Verebatur enim ille non sine causa, ne pro more saeculi in suam quasi possessionem statim manus alienae involarent, et in quo sibi sevisse arbitraretur, alii messem facerent. Neque non mihi hoc videbatur recte institui, ut, quicquid hac nova cura profecisset Quintilianus, manifestius fieret et in brevi conspectu pateret, neve diutius eorum usibus, qui praestantissimam veterum artem sine critico apparatu cognoscere cuperent, negaretur.

Haec igitur hactenus. Quae cum ante complures menses scripsissem, dum typis liber describitur, animus vehementer ictus est mortibus eorum, quas in hujus ipsius prooemii initio commemoravi, Phil. Buttmanni senis et Frid. Sanderi vixdum juvenis. Neque pium videtur discedere ab hoc toto labore Quintilianeo, priusquam bene illis precati simus, Viris et ingeniosissimis et integerrimis, et nostri laboris dum licebat sociis, alteri olim magistro, alteri disci-

pulo meo. Sed eheu, quam brevis hujus flos fuit, cum illius celeberrima virtus nihil cujusquam praeconium desideret. Havete, carae animae, nosque ad aemulationem virtutum vestrarum exacuite.

Scrib. Berolini mense Julio 1829.

Car. Timoth. Zumptius.

SUPPLEMENTA

EDITIONIS SPALDINGIANAE

QUAE PERTINENT AD

VOL. I.

EPIST. AD TRYPHONEM.

In titulo *bibliopolae* abest etiam a Flor. Amb. 1. et ed. Vidovaei. *Tryphoni suo salutem* Goth. Amb. 1. *M. Celius Fabius* Tarv. Ven. Turic. sicut edit. Jenson. et cod. Guelferbyt. (vide praefationem primi Vol. p. LXXII) inscribit: *Quintilianus Victorio* (supra a m. recent. *Marco*), sed, ut videtur, ab alia manu. Camp. inscriptione caret.

§. 1. *nondum opinabar satis* edd. omnes ante Gesn. E codd. nullus notatur, qui Gesnerianum *satis opinabar* defendat, nisi forte Goth. et Guelf., quos tacet Spald. collatio. *maturavisse* Edd. Jens. (tac. Gesn.) Tarv. Ald. Sich. Andr. et Codd. mss. Bodl. Poull. Almel. Flor. Turic. Guelf. *maturuisse* reliquae edd., cod. Goth., et Flor. in marg. *ut scis* edd. ante Gesn. omnes, etiam Goth. E ceteris codd. cum nihil notatum sit, videtur in iis inventum esse *ut,* non *uti.* *alioquin* Jens. (tac. Gesn.) Tarv. Ven. Turic. (a m. pr.) Flor. Amb. 1., qui quidem semper ita scribunt. *aliorum* pro *alioqui* Camp. Andr. Bodl. Guelf. Turic. (a m. sec.) *distractus* Turic. *infiniti.* Burm. conj. *infinitae,* non addicentibus codd. Amb. 1. diserte habet *infiniti,* Turic. *instititi* (corr. *institui*), Guelf. *institui,* Flor. *instititi.*

§. 2. *datus est usus; deinde* Turic. Flor. (in Flor. alia m. corr. *datum*) Guelf. *Usus* om. Camp. Andr. *dabam his* Sich. Goth. Flor. Turic.

§. 3. *quanto* pro *quam* cod. Almelovenii. *auram* Turic. Flor. Guelf. Bodlej. Paris. 1. Ald. Sich.

LIB. I.

Inscriptio hujus libri in Turic. Flor. Amb. 1. haec est: *Quemadmodum prima elementa tradenda sint* (Tur. *sunt*. Amb. 1. *traducenda*). *Utilius domi an in scholis erudiantur*. (Tur. *Utrum* a m. sec.) *Qua ratione in parvis ingenia dinoscantur, et quae tractanda sint* (Amb. 1. *et qua*). *De grammatice. De officio grammatici. An oratori futuro necessaria sit plurium artium scientia. De musice* (Turic. a m. sec. *musica*). *De geometria. De prima pronunciationis et gestus institutione. An plura eodem tempore doceri prima aetas possit.* Eadem lemmata sunt in Jens. Tarv. (nisi quod *Utrum utilius* habent). Camp. inscr. caret. E posterr. edd. aliae aliter.

PROOEMIUM.

§. 1. *quietem quam* Jens. Loc. Tarv. Ven. Ald. Sich. Camp. Andr. Turic. Flor. Paris. 1. *reluctatus equidem* Flor. *pertinent* Turic. Camp.

§. 2. *deprecationis.* Tur. a m. sec. *trepidationis.* *hac* om. Goth. probante Gesn. *divisas* Tur. Bodl.

§. 3. *de demererer* Flor. *deme mererer* Bodl. Alm. Turic. (ut Goth.). *pleniore* Flor. Tur. Goth. [De potestate particulae *demum* Spald. conferri jubebat Plinium Epist. X, 66, 9 et ipsum Quintilian. XI, 3, 68.]

§. 4. *summam inde eloquentiae.* Tur. Flor. Jens. *summam in eloquentiae.* Camp. Andr. Ald. Sich. Par. 1. man. sec. Voss. 3. *summam eloquentiae.* Poullain. cod. *summam in eloquentiam.* Edd. reliquae *summam in eloquentia*; sic Par. 1. et 2. [Ceterum falsus est Spalding., cum ait, Regium male interpretatum esse *in*, quod erat compendium pro *inde*. Is enim in Jensoniana, quam Regiani textus fundamentum esse e plurimis vestigiis patet, invenit *in*. S.] *diversae* Sich. et Steph. in margg. *etsi necessarias* Jens. Loc. Tarv. Ven.

§. 5. *existimem nihil* Tur. Flor. Amb. 1. (in hoc certe est: *cum existi*, neque tamen ob lacerationem paginae videri

potuit, num adsit *nihil* post *exist.*) Camp. edd. posterr. ante Aldum, et post eum Bad. Cervic. Vidov. Colin. *fieri oratorem non posse;* ita Gesn. Flor., fort. Goth. et Guelf. *fieri non posse orat.* Turic. Amb. 1. Camp. Jens. et edd. posterr. ante Sich.; reliqui *orat. non p. f.,* Obr. *non posse fieri or.* *quam* om. Bodlej.

§. 6. *Marcelle Victori.* *Marce Victor* Turic. Flor. *Marcelle Victor* Obr. Amb. 1. siletur, in ceteris locis habet *M. Victori.* *studio* pro *amore* Flor.; hoc tantum supra.

quamquam sint magna Tur. Flor. Voss. 3. Amb. 1. Jens. Tarv. Loc. Ven. *Getae tuo.* Sic Amb. 1. De prosario usu vocis *nati* pro filio confer Cellarii Cur. poster. p. 301 et Oudendorp. ad Cic. de Inv. I, 23. *manifestum iter ad ingenii lumen.* Ita Camp. Par. 2 et margo Paris. 1. *man. jam ing. lumen* (ut Ald. 2.) Amb. 1. *man. ing. lumen* Flor. (al. m. in marg. apposuit *jam*) Par. 1. E Turic. nihil notatur.

discendi Flor. Amb. 1. Paris. 1. et edd. aliquot recentt. ut Gesneriana. *dicendi* Pottier. tradit in Paris. 2. et 5. inventum esse.

§. 7. *sermonem per bid. habitum* Tur. Flor. Goth. Almel. Poull. Amb. 1, Camp. Tarv. Ven. *sermonem p. b. habito* Jens. *sermones p. b. habitos* Bodl. *sermone habito* reliqui. *potuerant* ante Gesner. legebatur, quod in plurim. codd. esse videtur; nihil certe notatur e Tur. Flor. Amb. 1., et diserte memoratur *potuerant* e Guelf. et Paris. 1. et 2. qui idem est Vallensis apud Bad. *poterant* tamen Goth. Locat. (ex emend. Regii). Ex Campani editione nihil ipse Spalding. a Gesneriana diversum enotaverat, sed Pottierius in ea esse *potuerant* tradidit. *bini juvenes* Tarv. (non praeeunte Jens.) Ven. Guelf. Tur. Flor. Amb. 1. Camp. Almel. Poull. *vel nimium* Jens. Tarv. Loc.

§. 8. [*quam poterimus* dici pro *quantum pot.* annotavit Burmannus et conferri jussit copiose ea de re agentem Nic. Heinsium ad Ovid. Remed. vs. 325.] *elaboratiora* volebat Francius.

§. 12. *sit disserendum et adeo.* Flor. Amb. 1.

Voss. 2. 3. ed. Gryph. *disserendum est, adeo.* Turic. *sed disserendum est adeo* (al. man. corr., ut vulgo leg.). *in qua* etiam Bad. Vidov. Andr. Steph. Colin. Sed Jens. *in quam*, non *in quae*, ut narrat Gesn. *ex his incidat quaestio* Amb. 1. *sunt explicanda* Tur. (ab al. man. corr. *sint*). Flor. Camp. Gryph. [Videtur omnino et *disserendum est* et *sunt explicanda* corrigi debere, nam dubitandi ratio in hac re nulla est.]

§. 13. *aptissime* Jens. Tarv. Ven. Ald. Goth. *sic quoque officio cop.* Flor.

§. 14. *instituendasque* Camp. Andr. Ald. Sich. *rei praeclarissime* Tur. (om. *publicae*, quod al. man. addidit) Flor. *rei. p. clarissime* Amb. 1.

[Ad explicationem verbi *promittere* conferri jubet Spald. Platon. Protag. 319 a. *τὸ ἐπάγγελμα ὃ ἐπαγγέλλομαι.*]

§. 15. *praeceperint* Amb. 1. *praeceperant* volebat Francius. *maxime vitia* Alm. Flor. Tur. (in hoc supra corr.) Guelf.

[In annotatione ubi de *tristitia* philosophorum agitur, corrige pro II, 1, 34 noster XI, 1, 34.]

§. 16. *Haec autem* etiam Flor. Tur. Par. 1. 2. Camp. Tarv. Ven. Sich. *modo non* cet. Etiam e Tur. Flor. Amb. 1. varietas nulla enotata est; unde probabile fit, eos receptam exhibere. *modo* transponunt Bad. Cerv. Vidov. Colin. Vascos. Galland. Steph. Gryphius. Vulgatam lectionem tuetur Bodl. *et* om. Chouet. Stoer. Hack. et, auctore Pottierio, Paris. 1. et 2. cum edit. Campani, quamquam Spald. nihil ex hac a recepta lectione diversum enotavit. *Quid enim* Voss. 3. quod amplexus est Gust. Sarpius in Analectorum ad Spaldingii Quintilianum specimine pag. 11 sic legi jubens: *Quid enim? non de justo — modo non* (i. e. propemodum) *et vir pessimus loquitur? nonne vir pessimus* Goth.

§. 17. *loquetur* Goth. Amb. 1. (cui alia, ut videtur, man. addidit *e*) Camp. *deserta ut dixi parte* Bodl. duo Palat. Camp. Tarv. Ven. Sich. Tur. a m. sec. (prior enim scripsit *desertum u. d. partem*) et Guelf. (qui tamen om. *dixi*).

velut Tur. Amb. 1. Goth. Camp. et edd. ante Chouet., exc. Sich.

§. 18. *quamquam sunt* Camp. Amb. 1. (in collat. est *sum*). [Loci Quintil. quos Spald. ad probandum conjunctivi usum laudat, ambo falso sunt indicati; hi esse debent I, 3, 14. IV, 2, 52.]

§. 19. *fortasse nemo adhuc* Amb. 1. *ad summum* etiam Camp. Tur. *ad summa* Amb. 1. [quod quin unice verum sit dubitari nequit, sicut paulo post *ad summa niti*. Alia res est de *summa reip.* et *summa rep.* apud Ciceronem in Catil. I, 6, 14 ubi cf. quos Beckius laudavit.]

§. 20. *neque ad id* Sich. *ad summam* Sich. solus. *ad summum* Paris. 1.

§. 21. *venia erit* edd. ante Sich. sec. Gryph. Colin. Goth. Reliqui *erit venia;* cett. codd. non memorantur. *rhetorices* Amb. 1. Flor. (hic a m. sec.)

§. 22. *nam huic et* habent etiam Tur. Flor. Camp. Paris. 1. 2. fortasse Amb. 1.; non enim notatum est, hunc ab Obrecht. discrepare. *infirmitas valebit* Flor. *dissceremus* etiam Turic. Flor. Amb. 1. Camp. Par. 1. 2. (auctore Pottierio in commentario, in editione idem Parisinos *omnes* dicit.)

§. 23. *docendi* etiam Camp. Amb. 1. Flor. Par. 1. 2. non memor. Turic. [Ac videtur h. l. verissima esse *docendi ratio*, quae magistri est, cum *dicendi* ratio ad oratorem pertineat.] *solis* om. Almel. Tur. Flor. (cui adjecit alia manus) Voss. 2. Goth. Camp. Jens. Loc. Bad. *artis nomen* Flor.

§. 24. *affectione* Goth. Guelf. Jens. Tarv. Ven. Voss. 3.


§. 15. *et ante pondo* om. Amb. 1., ut voluit Gesnerus; num ante *dua* omittat, non memoratur. Silentium Spaldingii, qui ed. Campani, et eorum, qui Tur. Flor. contulerunt, facit, ut primum *et* in omnibus esse credam, et diserte legi in Paris. 1. 2. traditur.

§. 16. *forsitan* Turic. Flor. Amb. 1. Camp. *non* ante *habeant* male omittunt Turic. Flor. Amb. 1. Joann. Baliol. Voss. 1. 3. Bern. Guelf. Paris. 1. 2. Camp. Alm. Andr.

§. 17. διαίρεσις om. etiam Turic. Flor. Paris. 1. 2. 6. Camp., eique substituunt *divisio.* *Europae et Asiae;* sic Turic. Flor. Camp. *Europae Asiae* Par. 1. 2. 6. (ut Guelf.). Totum locum ita exhibet Amb. 1. a pr. m.: *ut divis et europa, lais ei;* a m. sec.: *velut divisio europa et asiae.* [Cf. Ciceronem in Orat. 49. §. 163 ubi censeo ... *frugifera et ferta arva Asiaï* veteris poëtae epici versum esse, verbumque *tenet* a Cicerone additum. Cogitabam aliquando etiam de versu, qui apud Martialem legitur *terraï frugiferaï* Epigr. XI, 91, 5 cum hoc Ciceroniano componendo, ut *frugiferaï Asiaï* scriberetur, sed destiti tamen.]

§. 18. *Cum te.* *Tum te* Turic. Flor. Amb. 1. Guelf. (in hoc Spald. negat, internosci accurate posse, utro modo scriptum sit). Alm. Bern. Camp. *h* in *Phaethon* om. etiam Flor. (qui dat *phoéton*) Camp.; retinet Turic. (*phoethon*). *ut* ante *Unius* om. Turic. Flor. Amb. 1. Camp.

§. 19. *est, non nota.* Sic etiam Camp. Par. 1. 6., haud dubie Flor. Amb. 1. qui silentur. *est, non notata* (ut Voss. 2.) Par. 2. [Sarpius Anal. p. 47 adversus Spaldingium pro Gesnero disputat, et ipse falsa inductus opinione de

particula *an.* Verissime Spald. affirmationem agnoscit. Vide si placet grammat. Lat. meam §. 354.]

§. 20. *reservatum* dant etiam Turic. Flor. Paris. 1. 2. Camp. et edd. ante Stoer. (exc. Badio, qui edidit *observatum*). *servatum* fort. tuetur Amb. 1., qui non memoratur — quanquam hanc conferentis negligentiam putaverim. *adspiraretur.* *adspirarent* Turic. Flor. Bodl. Joann. Voss. 1. Andr. Obr., verisim. Amb. 1. *in* ante *triumpis* inser. Turic. Flor. Amb. 1.

§. 21. *ad nos usque.* Flor. *usque ad nos,* qui saepe magis vulgari verborum collocatione utitur. *et meke quoque.* Ita Spald. solus, quo libro ductus, nescio. Omnes enim priores *nam m.* sine varietate e codicibus; diserte affertur *nam* e Turic. et Paris. 1. 2. *meo* — *mi* Turic. Flor. *meae* — *mi* Camp.

§. 22. *ut* ante *videlicet*, ut optabat Spaldingius in praef. Vol. I p. LXXV (adversante Sarpio Anal. p. 41) om. Amb. 1. Locat. Bad. Cerv. *verbo a Graecis* Flor. *quos Graeci* Camp. Goth. (tac. Gesn.) Guelf. Totum locum Amb. 1. ita exhibet: *qui tonos* (sequitur spatium vacuum) *vel accentus* (iterum spat. rel.) *προσῳδ.* *ponuntur* Turic. Flor. Amb. 1. Guelf. Bodl. Joann. Alm. Voss. 1. 3. Bern. *ponantur* Baliol.

§. 23. *aut apice* etiam Turic. Flor. Amb. 1. Paris. 1. 2. Camp. *sequenti* Turic. Flor. Amb. 1. Goth. Guelf. Baliol. Voss. 1. 2. Bern. Camp. [Spalding. quod in nota textui subjecta improbavit, rursus probavit in praef. Vol. I pag. LXXV, ut scriberetur *ut Appi.* Sarpius, illius censor, Anal. p. 49 maluit *Apici.* Cui opinioni quid obstet ipse Spald. in praef. l. l. significavit. Mihi quidem ambo in eo videntur errasse, quod non viderunt, ejus rei exempla ipsum Quintilianum existimare in Graecis potius nominibus quaerenda esse, quam in Latinis, item quod nimis pertinaciter scripturam codicum *aut* pro *ut* aversati sunt. Itaque si restitueris *aut flexa pro gravi aut apice circumducta sequenti* (vel *sequente*) utriusque rei exempla in Graecis nominibus, quae posuit

auctor, observabis. Nimirum cum doctissimi olim pronuntiare solerent *Átrĕus*, vitium fieri judicat Quintilianus, si quis *Atrêus* (tribus syllabis) dicat, i. e. flexam pro gravi pronuntiet, ac dupliciter et contractione et accentu peccari ab iis, qui *Nereî* duabus syllabis loquantur, cum debeant *Nérei*. Quod de apice exposuit Spaldingius, verum est sine dubio, eum non esse circumflexum sed longae syllabae signum (—), sed cum adjecerit Quintilianus verbum *circumducere*, utroque conjuncto idem efficitur ac si dixisset *syllabam circumflexam*.]

§. 24. *Nerei Tereique* Turic. Flor. Amb. 1. Camp.

§. 25. *scio jam* Turic. Flor. Camp. Gryph. Vasc. Steph. Obr. virisim. Amb. 1. *voc. quaed.* Amb. 1.

§. 26. *Itemque cum quale* Turic. Flor. Amb. 1. Camp. Bern. Alm. Andr. *Item cum quale* Baliol. Guelf.

§. 28. *natura brevis* edd. ante Gesn. omnes, etiam Camp., et codd. mea quidem sententia (nisi forte Goth. Guelf. *br. nat.* dant, de quorum varietate tacuit Spald.); e nullo enim *br. nat.* affertur. *herous* etiam Amb. 1. a pr. m. et Sich. Ceteri codd., fort. conferentium negligentia, tacentur. Parisinorum vero 4. et 5. *herous*, 1. et 2. *heroicus* exhibere traduntur.

§. 29. *nostro* om. etiam Turic. Flor. Camp. fort. Amb. 1.; retinent Par. 1. 2. 6. *est* post *vitiosum* inser. etiam Jens. Tarv. Loc. Ven.

§. 30. *Namque;* ita haud dubie etiam Tur. Flor. Amb. 1. Camp., qui silentur. *Nam quod* etiam Ald. *Nam quia* Jens. Tarv. Loc. Ven. *eae sunt;* plane ita Camp. *eae* edd. ante Sich. omnes. *ea* Turic.; *hae* retinent Amb. 1. Flor. *sunt* etiam Turic. Flor. (qui *in verbo* illi anteponit) Amb. 1. Paris. 3. *sint* Paris. 1. 2.

§. 31. *disyllabis* etiam Tarv. Ald. Stoer. *bisyllabis* e Paris. 1. 2. enotatum est. *nec unq. ult.* inverso ord. Turic. Flor. Amb. 1. Camp. *flexa et acuta* etiam Turic. Par. 1. 2. *quoniam — acuta* om. Par. 6. Camp. Sich. fort. Amb. 1. *quoniam ead.* *qui in ead.* Turic. (ut Bern.) Flor. *quin*

ead. Par. 1. *quia ead.* Par. 2. Jens. et edd. posterr. ante Gryph. *quia in ead.* Turic. a m. sec. *itaque;* ita etiam Turic. a pr. m., fort. Flor. *utique* Turic. a m. sec. Camp. fort. Amb. 1. *cludet* etiam Turic.; Flor. ita: *claudit voc. suam lat.* Paris. 1. 2 *claudit.*

§. 32. *miotacismos* Amb. 1. *miotacismus* Turic. Flor. constanti errore; haec omnia latinis litteris scribunt multi codd. et edd.

§. 33. *inenarrabiles* etiam Turic. Flor. Camp. Par. 1. 6. (1. 2. Pottier. in edit.) fort. Amb. 1. *innumerabiles* Jens. et edd. posterr. ante Sich. *quibus nonnunq.* cf. praef. Vol. I pag. LXXVI. *de quibus supra* etiam Turic. Flor. Amb. 1. Camp. Jens. et edd. posterr. ante Gryph. *dixi* Amb. 1.

§. 34. *vocibus. vocabulis* Bodl. Accedunt Turic. Camp., qui dant *vocalibus.* *contextu aut* omitt. sine dubio Turic. Flor. Amb. 1. Camp., e quibus varietas nulla memoratur, omittunt porro, Pottierio diserte testante, Paris. 1. 3. *contextu vel* additur in Paris. 2.

§. 35. *sic reddit, ut.* Hoc loco recte haesit Spalding.; ecce medelam affert Amb. 1.: *sit redditura, ut;* idem dat Flor. a m. sec. (nisi quod *aut* reliquit corrector; *sit* jam erat a pr. m.). Accedit Turic. a pr. m.: *sic redditur aut,* et ipse Guelf.: *si creditur aut.* *manifeste calumnia est* Obr.; *manifeste* aliquot codd. et edd., e quibus est Camp.; sed receptam tuetur Amb. 1. et alii profecto. *est separatum* Turic. Flor. Amb. 1. Camp. Paris. 3. 5. (in 1. et 2. autem *separ. est.*) *separatim est* Sich.

§. 36. *uti si unum* Turic. Flor. Camp. et edd. posterr. ante Sich. *ab interrogante* Turic. Flor. Amb. 1. Guelf. Joann. Voss. 1. Bern. Camp. Jens. et edd. posterr. ante Sich. *illud idem* Goth. cum Jens. et edd. posterr. ante Sich. *idem illud* Paris. 2.

§. 37. *posse* omitt. etiam Turic. Flor. Amb. 1. Par. 1. 6. (cum servent 2. 5.) Camp. *significatur* etiam Camp.

§. 38. *Fit aliq.* *sit aliq.* Turic. Flor. Amb. 1. Guelf. Camp. Ald. bene. *nec hoc fecit* Turic. Flor. Bodl. Baliol.

Camp. Jens. et edd. posterr. ante Bad. *ut*, *Veni de Susis.* In his maxime fluctuant codd. *ut* om. Turic. Flor. Amb. 1. Guelf. *nam enim* (corr. ab al. m. *veni*) *de husum* Turic.; ita Flor. Alm. Amb. 1. Guelf. (sed *veni*, ut Tur. a m. sec.). *nam veni ad susum* Camp. Similes varietates vide ap. Burm.

[*Ambulo viam.* Neque detractionem intelligo, nec quomodo hoc soloecum sit, cum ipse Quint. sup. cap. §. 28 *mare curritur* posuerit. Malim *ambulo via*, ut omissa sit praepositio *in.*]

§. 39. *in initio.* *in* om. Turic. Flor. Alm. *in vitio* Joann. Guelf. Sich. *vicio*, om. *in* Camp. [et ipsi Spaldingio aliquando expungendum videbatur.] *nusquam rep.* Camp.

[De positu conjunctionis *igitur* apud Ciceronem vide me in Gramm. Lat. §. 357.]

§. 40. *deducunt* Turic. Flor. Amb. 1. Bodl. Almel. Camp. Jens. Tarv. Ven. Ald. *dividunt* Joann. Voss. 1. *cadunt* Flor. Alm. Amb. 1. Paris. 1. Camp. cf. nota exeget. Spald. *eodem appellari modo posse* Flor. Amb. 1. Guelf. *eod. modo app. potest* Camp. *eodem appell. posse* (om. *modo*) Turic.

§. 41. *sive cui status.* *sive quia status* Turic. Flor. a pr. m. (sec. m. dedit: *s, cui staseos*) Joann. Almel. Guelf. Bern. Sich. *alii volunt.* *alii dicunt* Goth. cum edd. ante Sich. (exc. Camp.)

§. 42. *praeterco* Obr. solus; et vulgatam defendit Amb. 1. *devitandae* Turic. Flor. Bodl. Voss. 1. 3. Camp. et cett. edd. ante Gryph., acc. Obr.; Amb. 1. tuetur *evit.* cum aliis, qui silentur. *quod vocant dualem* Obr. (ex Argentoratensi, si recte conjicio) Alm. Flor. Camp. Tarv. Ven. fort. Amb. 1. *fere* ante *deprehendatur* inser. edd. vett. pleraeque.

§. 43. *nil horum* Turic. Goth. Guelf. Jens. et aliae edd. vett. ante Gryph. *pronunciet.* Turic. Amb. 1. inepte *pronunciere;* ita Flor. a m. sec. (prius erat *pronuncicrt*); *praenunciere* Camp.

§. 44. *M. Tullium.* *M.* om. Flor.

§. 45. *Similiterne in voc.* Turic. Flor. Guelf. Almel. Bodl. Joann. Voss. 1. 3. Bern. Sich. *quidquid horum* Amb. 1. *subjungantur* Flor. Guelf., ut Alm. Joann. Bern.

Ald. [Vix equidem hunc locum intelligo, nisi si verba *quidquid eorum alteri succedet* cum praegressis conjungam, novamque sententiam a verbis *Huic parti subjungatur licet* (soloecismus, qui fit) *per comparationes* incipiam.]

§. 46. *diminutum. deminutum* Turic. Flor. Amb. 1. 2. *minutum* Camp. *deerat* edd. inde a Jens. usque ad Stoer., acc. Turic. Goth. Guelf., fort. alii.

§. 47. *peccatur, Pronomen quoque.* Amb. 2. *pecc. Ideo num quoque* (ita fere Bern.; post *ideo* sec. m. add. *pronomen*).

§. 48. *esse credat* edd. ante Sich. *ac similia* Turic. Flor. Guelf. Voss. 1. 3. Camp.

§. 50. *qui tam. pro illo ne fec. dicat, n.* Flor. *unius*), a Spald. desideratum, habet Gryph. et Paris. 2. 4. *et intus* om. Turic. Flor. a pr. m. Bodl. Baliol. Alm. Camp. In Turic. al. m. corr. *adverbium;* ita Camp. *intro et loci adverbium* Amb. 2. (ita fere Bernensis). [Notae suae de *an* et *aut* Spalding. adscripsit: cf. Oudendorp. ad Sueton. Domit. c. 17.]

§. 51. *accident* Turic. Flor. Paris. 1. Camp. et edd. posterr. ante Stoer. *Est etiam.* Ita dant Turic. quoque, Flor. Camp. Paris. 1. 2.

§. 52. *ut ludi* Turic. Flor. cf. Spald. not. crit. ad I, 4, 9. *megalensia* Turic. Flor. Voss. 1. 3. Bern. Goth. Paris. 1. 2. Camp.

§. 53. *aliq. hab.* Camp. *Sed hic quoque* Turic. Flor. Amb. 2. Guelf. Goth. Alm. Voss. 2. Bern. Camp. et aliae edd. ante Bad.

§. 54. *inornatam* Camp., ut Bodl.

§. 55. *ut homines* omitt. Turic. Flor. a pr. m. Bodl. Obr., fort. Amb. 1. *ut* ante *instituta* om. Guelf. Camp. et cett. edd. ante Ald., acc. Sich.; retinet Turic., et alii, opinor, multi.

§. 56. *Vectium. Vetticium* Flor. *Veticium* Turic.

§. 57. *Gallica valuerunt. Gallica evaluerunt* Amb. 1. a m. sec. (prius erat *Gallico eval.*) *gallicae valuerunt* Turic.;

inde *gallice val.* Guelf. Joann. Voss. 3. Goth. Camp. et reliquae edd. ante Gryph. *petorritum. quorum altero.* Turic. ita: *petorritum moriorum alt.*; sic etiam Flor., nisi quod al. m. correxit *morionum*, et inseruit *quorum.* Amb. 1. *petor.ritumoriorum alt.* Camp. *petorr. majorum alt.* Gemina *r* utitur etiam Amb. 2. [Spaldingium notam suam de *petorrito* emendantem lege in praef. Vol. I p. LXXVI et adde quod Buttmannus adscripsit, non esse Aeolum πέτορες pro τέσσαρες, sed τέτορες.] *tamen Cicero* Amb. 1. *circo quoque usitat.* Flor. Amb. 2. Paris. 5.; acc. Paris. 1. et Turic.: *cicero quoque usit.*, cum Camp., qui plane eadem habet, et Amb. 1.: *mapp. circoque usit. mapalia quoque* Paris. 2. *mappalia* Joann. Voss. 1. 2. 3. Goth. *mappam* defendunt Turic. Flor. cum aliis.

§. 58. *praecipue sermonem;* ita Gesn. fort. Goth. secutus; priores omnes *serm. praec.*, nulla codd. varietate. *serm. praec.* diserte exhibent Guelf. Camp. *nonnunquam a nobis* Turic. Flor. Guelf. Camp.

§. 60. *omnibus* om. etiam Paris. 1. 2. Tarv.; codd. Tur. Flor. Ambb. retinere videntur. *et* ante *ut Palaemo* om. Amb. 1. *ac Telamo;* ita etiam Turic. Flor. Amb. 2. (fort. Amb. 1.) Camp. *sic Tel.* Burm. alii. *et Plato;* ita etiam Camp. Par. 1. 2. 6., et alii profecto, qui silentur. [Cf. Spald. praef. Vol. I p. LXXVI.] *Latini* etiam Paris. 1. 2.

§. 61. *Paelia* Amb. 1. *ut Anchisa* Turic. a pr. m. Flor. Amb. 1. a pr. m. Amb. 2. Guelf. Voss. 1. 3. Bern. Camp. *at* Turic. a m. sec. Amb. 1. a m. sec. [Cf. praef. Vol. I p. LXXVI.]

§. 62. *si ut. sicut* mendose Turic. Flor. Amb. 1. Camp., ut Almel. *Sufenas* Turic. Flor. Bodl. Amb. 1. *tis syllaba. es syll.* Flor. Paris. 1. 2. *syll. tis* Camp. *tis* om. Turic., ut Almel. In Amb. 1. fortasse est recepta. *syllab. med.* Turic. Flor. Amb. 1. Camp. *insequentibus* Amb. 1.

§. 63. *Achilli et Ulixi. Ul. et Ach.* Turic. Flor. Amb. 1.

Camp. *rat. Lat.* Amb. 1. *patitur. patietur* Amb. 1. [Num forte *patiatur?* Sand.]

§. 64. *in utroque modo* Turic. Flor. Amb. 1. Almel. *malet* etiam Tarv. Cerv. Camp. Paris. 1. 2. Amb. 2. fort. Amb. 1. *mallet* etiam Jens. Turic. Flor. *loquitur* a pr. m. Amb. 1. et Turic. *sed tamen repreh.* Turic. Flor. a pr. m. Almel.

§. 65. *dum ne pugnant.* Ita plane Amb. 2. Par. 1. 6. *interdum repugn.* Turic. Camp. Par. 2., fort. Amb. 1. Flor. *e* ante *duobus* om. Amb. 1. *a duobus* Flor. [Spalding., sua nota de Quintiliani verbis *simplices* — *constant* deleta, hanc explicationem a Ioa. Gottl. Schneidero Saxone acceptam probavit: „i. e. simplices voces positione sua prima constant, servant eam, nec ut compositae mutant, ut praepositionibus subjunctae: deinde natura sua constant nec corrumpuntur conjunctae cum aliis nec evalescunt. Itaque malim *positione et natura* sua." Mihi quidem nihil h. l. corrigendum videtur, *voces constant* aliud nihil est, nisi *sunt*, vel, ut grammatici nostri loquuntur, *stant*, sicut natae sunt.]

[*imperterritus.* Cf. praef. Vol. I pag. LXXVI.]

§. 66. *linguae non utique* Flor. *concesserimus* Tur. Flor. Camp.

§. 67. *Solitaurilia — Suovetaurilia.* Priore loco etiam e nostris codd. nullus est qui *suovetaur.* habeat; posteriore *suevetaurilia* dant etiam Flor. Amb. 2. Par. 1. 6. *sus. obitaurilia* Amb. 1. *esse sue ove tauro* Camp. Par. 2. (ut Goth.) [In Spaldingii nota critica corrigendum est nomen *Valerii* apud Charisium. Est ille *Valgius* Charis. p. 84 Putsch.] *strux. vid.* Flor. [*Nerei* illud *pecus* non esse *phocas*, sed delphinos, simones etiam a repando rostro dictos, adnotavit Spaldingius ex Schneideri observatione.]

§. 68. *integris Latinis* Flor. *ex* ante *duobus corr.* omitt. Tur. Amb. 1. Guelf. et edd. ante Stoer., exc. Camp., si de hac recte tacuit Spald. *pedissecus* Turic. Flor. Camp. Guelf. *pedisecus* Alm. *aut contra. aut* omitt. Tur. Flor. Amb. 2. Goth. Guelf. Camp. et cett. edd. ante Bad. *Anti-*

cato; aut ex. Turic. a pr. m. *Ant. aliquit* (corr. *aliquid*) *et ex. aliquid* dant etiam Amb. 1. Voss. 1. 3. Flor., qui praeterea *et ex* habent. *aut et ex* Alm. [Hinc possis fort. ita locum refingere: *aliquot et ex*, vel *aliquoties ex d.* Sand.] *epi praepositio* Amb. 1., ut solet Quintil. voces collocare. ἐπὶ omitt. Turic. (qui in marg. tamen habet) Flor. Amb. 2., quod etiam melius est. *neque Graec.* — *neque G.* Turic. Flor. Alm. Amb. 1. Guelf. Camp. *alieno utr.* Guelf. Camp. et edd. aliquot recentt., e quibus est Burm., fort. Turic. *utr. al.* Gesn. et edd. vett. ante Gryph., acc. Flor.

§. 69. *copulatio. compositio* Amb. 1. ex interpretamento. *cop. quoq.* Flor. male. *e re publica* etiam Amb. 2. (Amb. 1., conferentis profecto negligentia, siletur.) Par. 1. 2. 6. (Codd. 1. 2. 3. 5. Pottier. in edit.) *re. p.* om. *e* Camp. *est republica* Turic. Flor.

§. 70. κυρταύχενα; hoc corrupte, et solent, scribunt codd.; κοιλαύχενα Flor. a sec. m. [Spaldingius: ὑψαύχην apud Plat. Phaedr. 253 d., κρατεραύχην ib. e.] *mirati simus* Amb. 1.

§. 71. *primum. primo* Turic. Flor. Amb. 1. Guelf. Jens. et edd. posterr. ante Sich. (exc. Ven.) *orationi. oratori* edd. ante Gryph. (exc. Camp.), cod., quantum video, nullus. *repudiata. si repud.* Amb. 1. Flor. *Nam si — Audendum tamen* omitt. Turic. Flor. (hic in marg. habet, ab eadem manu reposita).

§. 72. *illis sim.* Flor. σίζε ὀφθαλμός. Ita plane Flor. Turic. Amb. 2. Camp.; Amb. 1. *CZEOOΦΘΑΛΜΟC.* σίζει ἄνεμος edd. ante Gryph. [Spald. „τῷ σίζε utitur et Demetr. de Elocut. §. 94, τῷ λίγξε Macrob. Saturn. 6, 8 p. 613.“] *fortiter. forte* Turic. a m. sec. Baliol. Palat. Bodl. Camp. Obr.; sed Amb. 1. *fortiter,* cum Turic. a pr. m. [*Nam* pro *jam* conjecit Spaldingius in praef. Vol. I p. LXXVI. *niteremur* Camp.

Cap. VI.

§. 1. *vel* ante *vetust.* inser. Amb. 1. Turic. facili errore. *religio.* *religiose* Turic. *religio se* Flor. a pr. m. *religiosa* Amb. 1.

§. 2. *nisi si quando.* *si* omitt. Turic. Flor. Amb. 1. Camp. *utraque* etiam Camp. Turic. a sec. m. *moderatione* Amb. 1. a m. sec. *vel error.* *velut err.* Turic. Amb. 1. Almel. *velut honestus error* Flor. non male.

§. 3. *in* ante *analogia* inserunt Turic. Flor. Amb. 1. a sec. m. Guelf. Camp. qua praepositione vix carere possis.

§. 4. *ut incerta.* *et inc.* Amb. 1. *diminutione.* *dem.* Turic. Amb. 1. Guelf. Camp. *dim.* Flor. Alm. Amb. 2. et editt. omnes. [Cf. praf. Vol I p. LXXVI.]

§. 5. *similia sunt* etiam Turic. Camp. Sich. [Buttmannus conjecit pro eo quod sequitur *domus:* *humus.* Vid. praef. Vol. I p. LXXVII.]

§. 6. *deminutio* Turic. Amb. 1. Guelf. Camp.

§. 7. *Ead. in verbis* cet. Flor. ita collocat: *E. q. ratio in verb. ratio* (sic) *comp.* *fatendi* etiam Paris. 1. 2., de ceteris siletur. *infinitis;* sic etiam Turic. a pr. m. Paris. 1. 2. edd. ante Badium; *in finitis* Camp. *in infinitis* Paris. 5. 6. *ut* ante *prandeo* ins. Turic. Camp. Alm.

§. 8. *in finito* Camp. In versu Lucilii Turic. Flor. Amb. 1. alius alia omittit.

§. 9. *dicetur.* *dicet* Amb. 2. Guelf. Joann. Voss. 3. Camp. Andr. *dicit* Flor. Alm. Goth. *dic̃.* Amb. 1., quod et *dicet* et *dicit* explicari potest. *dicitur* Turic. *est illi* Amb. 1.

§. 10. *a me conv.* Flor.

§. 11. *analogia quoque dictum tuebamur;* ita edd. inde a Sich., e prioribus Jens. Tarv. Loc. Ven. *an. hoc q. d. tueb.* Ald. Bad. Cerv. aliique *an. q. h. d. t.* Amb. 1. *an. q. dict. hoc t.*, ut Almel. (nisi quod hic *uteb.* cum Tur. Flor.). *an. hoc dict. q.* Flor. *an. quoque hoc,* om. *dictum* Turic. Obr. (haud dubie ex Argent.) *legeremus* etiam Turic.

Flor. Sich., et alii profecto codd. *legeramus* Amb. 1. *legerimus* Paris. 1. *leg. in duod. tab.* Turic. Flor. Camp. Guelf. *pacunt* — *paco* etiam Turic. Flor. Camp. Amb. 2. Obr. *pagunt* — *pago* Amb. 1. (prius a m. sec.). [Ad suam notam de hoc verbo addi jubebat Spaldingius: Vid. auctor ad Herenn. II, 13.]

§. 12. *cum et sibi ipsa* Turic. Flor. Bodl. Baliol. Alm. Camp. Obr. fort. Amb. 1. *similia positione* Turic. Flor. Bodl. Camp. Andr. Obr. fort. Amb. 1. *Romanae urbis* Turic. Amb. 1. a m. sec. (in textu est *urbis romanae*; lineolis supra impositis ordo inversus indicatur.) Bodl. Guelf. Goth. Voss. 2. Paris. 1. 2. 5. Camp. Jens. et edd. post. ante Gryph.

§. 13. *faciant* Flor. *simpliciter* omitt. etiam Turic. Flor. Amb. 1. 2. Paris. 1. 2. 3. Camp. *impositum* Turic. a sec. m. (ut Bodl.) Camp. [Inde mea quidem sententia corruit Spald. conjectura, qua *simpliciter* latere putabat in mendosa scriptura *impos.*; nam Turic. a m. sec. et Bodl., si quando ab eo quasi pendere videtur, emendationes tantum dant, non codicum antiquiorum lectiones; alia ratio est Flor. a m. sec.; hujus enim corrector antiquo exemplari usus est. S.] *a Graecis* Goth. Camp. Jens. et edd. post. ante Stoer. *ductum est* Jens. et edd. reliquae ante Gryph. *dictum* Turic. Flor. a pr. m. Amb. 1. a pr. m. Goth. Bodl. Baliol. Voss. 2. Almel. *est* etiam Almel. *apri.* Edd. non paucae, e quibus est Burm., dant *capri*; ita Badius etiam priori loco, codicibus non addicentibus.

§. 14. *Illi tamen* Obr. (ex Argent.; si recte conjicio) Almel. Turic. Sich.; receptam defendit Amb. 1. *u*, *s*, *literis.* *liter.* om. Jens. et edd. post. ante Stoer., contra codices. *in ris syllaba terminentur.* *in* omitt. (ut Obr. edidit, ex Argent. profecto) Turic. Amb. 2. (fort. Amb. 1.) Paris. 4. 5. (3. 5. Pott. in edit.) Almel. Flor. Camp.; iidem *syllaba* dant, non *syllabam.* *in* retinent Paris. 1. 2. *terminentur* etiam Camp. Turic. a m. sec.; a pr. m. habet *terminantur*, ut est in Pariss. modo laudatis et ante Spald.

legebatur; ita fort. Amb. 2. Flor. *terminatur* Amb. 1. [*Terminentur* an *terminantur* legatur perinde est, cum verbum pendeat a conjunctione *quamvis*, sed structuram orationis non aliter expedies, nisi *nomina quamvis feminina* inverso ordine pro *quamvis nomina feminina* — *terminentur* dictum censeas.] *eadem ris syll.* etiam Turic. Flor. Amb. 2. (fort. Amb. 1.) Camp. Jens. et omnes edd. ante Burm., qui inser. *in.* *dicere* etiam Flor. Camp.; *dici* tuetur Amb. 1. *cogit* etiam Flor.

§. 15. *Quid vero, quod* Obr. Tur. a m. sec. (prius erat *qui*). *exeunt. eunt* Turic. Flor. Bodl. Alm. Joann. Voss. 3. Camp. Obr. verisim. Amb. 1. *Alba faciat* omitt. Amb. 2. (ut Voss. 3., qui ejusdem fere generis liber est). *quidem* omitt. Amb. 2. Guelf. *litera o;* sic Burm., nihil monito lectore, Gesn. Spald. Cett. edd. omnes *o lit.*, magis ex usu Quintiliani; et ita Turic. Flor. Camp. *confiteatur* Obr. (fort. ex Argent.) Turic. Flor. fort. Amb. 1. *confitentur* ex Alm. refert Burm., quem fere conferentis vel typographi errorem putaverim; nimis enim solet Alm. cum Tur. et Flor. conspirare.

§. 16. *dimissa* Jens. Tarv. Ven. Ald. Obr., cum Turic. Flor. Voss. 1. 3.; *demissa* recte Amb. 1. *quoque modo* etiam Turic. Paris. 1. 2. 3. Camp. *quoquo modo* Flor.; Amb. 1. tamen *quid quo modo*, ut emend. Regius. [Adde Spald. notae criticae quae ipse monuit in praef. Vol. I pag. LXXVI.]

§. 17. *fiet* etiam Turic. Amb. 1. 2. Camp. Almel. Voss. 1. 3.

§. 18. *quoque* inser. etiam Turic. Amb. 1. Paris. 1. 2. 5. 6. Camp. et edd. ante Sich. *M. Tullius* Amb. 1.; acc. Amb. 2.: *quem tullius.*

§. 19. *ad g. Caes.* Amb. 1. *emendatius calidum d. q. c. mavult* Turic. Flor. Bodl. Almel. Camp. Obr. (ex Argentor., opinor) verisim. Amb. 1. [Habes igitur h. l. vetustam emendationem et discrimen utriusque quasi familiae codicum. Quod nunc quidem in textu legitur ex Jensoniana, reliqui fere omnes editores probaverunt, sed tuto etiam alteram

illam scripturam restituere potes, modo '*emendatius caldum quam calidum*, permutatis sedibus, scribas.] *quia id* Obr. (ex Arg., opin.) Turic. Alm. Camp. fort. Amb. 1. *illud* om. Guelf. Sich. *ut et ipse* Turic. [De potestate vocis *odiosus* cf. Quintil. ipsum I, 6, 40 cit. Gesn. item VI, 1, 2.]

§. 20. *Atque hanc* Camp. Sich. *Atque in hac* Amb. 1. a sec. m. *atque in hanc* Flor. Turic. (in hoc delevit *in* al. man.) *recta locutio. certa loc.* Turic. (non *elocutio*, ut ait Spald.) Flor. Bodl. Joann. Baliol. Alm. Voss. 1. Bern. Florileg. Santen. Paris. 1. Camp. et edd. omnes ante Gryph.; silentur Amb. 1. 2., e quibus posteriorem *certa* dare confido. *recta* in Paris. 2. esse Pottier. diserte tradit. *obrogata* Turic. Flor. Alm. Guelf. *cujusdam insol.* Flor.

§. 21. *salutarit*, ut Obr., etiam Turic. Flor. Camp. fort. Amb. 1. e Paris. Pottier. nihil nisi *salutavit* esse in 1. 2. notavit. *avere est enim;* sic etiam Obr. Camp. Par. 2. 3. 6. Amb. 2. fort. Amb. 1. acc. Flor.: *avere enim. avete* Par. 1.

§. 22. *magistra* etiam Amb. 2. *magistri* (qui fons erroris esse videtur) Turic. Alm. Flor. (hic in marg. habet receptam). Amb. 1. siletur. *et primas* Turic. *non minuere* Obr. (ex Argent. fort.) Turic. Alm. Flor. Camp. *a summis* Camp.; receptam defendere censendi sunt Turic. Flor. Amb. 1., qui silentur, et diserti auctores fiunt Paris. 3. 5., cum in 1. 2. 6. sit *in summis. auctoribus. ductibus* Turic. Flor. Amb. 1. *ductoribus* Alm. *literam in gen. litterarum gen.* Turic. a pr. m. Amb. 2. *litteram gen.* Turic. a m. sec. Flor. Almel. Voss. 3. *etiam jecur* edd. inde a Sich. *jec. et.* Turic. Flor. Camp. et edd. insequentes. *etiam* om. Amb. 1. *controversiam;* ita etiam Camp. et codd. haud dubie, qui non memorantur.

§. 23. *ac roboris* Amb. 1.

§. 25. *quid vero similes quod ut* etiam Amb. 2. Flor. Turic. *quid vero sim. quidem ut* Camp. Quod Spalding. optabat, jam praestat Amb. 1.: *quid vero quod ut dicebamus* (sic nullus praeterea cod.) *sim. pos. Juppiter* Goth. Jens.

§. 26. *praedura. plura* Turic. a m. sec. Bodl. Baliol.

Paris. 1. Camp. Andr. *ut fero tuli.* Egregiam scripturam dat Amb. 1. *ut illi fero,* omisso *tuli,* quod glossema jam Gesn. judicavit; eodem ducit, quod Turic. a pr. m. Flor. Guelf. transponunt: *tuli fero.* Accedit etiam hoc, quod noster, quotiens exemplum, quod allaturus est, universae periodo inseri nequit, *ille* ponere solet, ut §. 10. Deinde *tuli* non satis apte inter primas positiones numeratur, de quibus tamen loquitur Quint. Concidit igitur, recepta egregii codicis scriptura, Spaldingii explicatio, quae nescio quem errorem continet, quasi ab eo quod est *tuli* ultra praeteritum perfectum nihil inveniatur. *Et ulterius* breviter dictum est pro reliquis temporibus a perfecto derivandis. *spes plur.* Guelf., ut Tarv. Ven. et edd. ante Stoer. reliquae.

et ruere etiam Ald. Sich. Par. 1. 5. 6. Camp. et codd., ut videtur, Turic. Flor. *et ire* etiam Par. 2. (qui fere conspirat cum Goth. et Voss. 2.) *et urgere* Amb. 1. *patiendi;* ita sine dubio nostri codd. omnes; diserte affertur Flor.

§. 27. *senatus senatui senati an senatus* Amb. 2., unde, solo *senatui* expuncto, efficitur ea scriptura, quam Spald. optabat. Par. 6. *senatus senatui an senati senatus.* *vid. dici* Flor.

§. 28. *Ac de analogia vel nimium. Haec* Paris. 1. et edd. a Camp. usque ad Sich. *vel* omitt. etiam Amb. 1. 2. Turic. Flor. Camp. edd. poster. ante Gryph. *nimium. Etym:* Turic. Paris. 1. *nimirum etymol.,* ut Camp., qui praeterea inserit *et.* *ex verbo;* ita etiam Turic. Flor. Amb. 1. Camp. *vocant* etiam Camp.

§. 29. *usum nec. aliq.* Flor. *cum* ante *M. Coel.* om. Amb. 1. *ducta frug.* Turic. Flor. Amb. 1. Camp. Andr. Bodl. Alm.

§. 30. *aliquando cons.servit* etiam Paris. 2. Flor. Amb. 1. (Flor. et ipse receptam subjungit, ut Turic.) *aliaque sunt quae cons. serviunt* Camp. Turic. a m. sec. Paris. 1. *aliquando consuetudini servit aliaque quae inserviunt.* Paris. 5 receptam tuetur. *Triquadram* Camp. Tarv. Ven. Obr. Turic. a m. sec. *triquatram* Voss. 2.

§. 31. *sive illa ex.* *si illa sive ex* Turic. Flor. Camp.

Guelf. *si illa ex* Amb. 2. Voss. 1. 3. *illa* om. Amb. 1. *praecipueque. que* om. Camp. Sich. *Pythici* habent etiam Turic. Flor. Amb. 1. 2. *Pithici* Paris. 1. 2. 5. 6. *phytici* Camp. [Cf. praef. Vol. I p. LXXVII. Ego nomen Romanum quod propius accedit ad codd. scripturam non invenio praeter *Petici*, quod cognomen est C. Sulpicii quinquies Consulis. Sed de origine ejus historiae nihil apud auctores extat, suspicari tamen possis, quod consulatum ter contra legem Liciniam *peteret*, invisum plebi fuisse. Cf. Livium ad annos u. c. 399. 401. 403. Verumtamen quoniam nobis non novae verborum origines indagandae sunt, sed a veteribus frequentatae restituendae, nihil videtur aptius esse nomine *Potitiorum*, de quibus Livius lib. I, 7 et IX, 29. Originem ejus nominis cum ipse Livius significet, tum disertius illustrat Servius ad Virgilii Aen. VIII, 269, nimirum quod in sacrificio Herculis extis *potiti* sint, Pinariis πειvᾶv jussis.] *Italia.* *in It.* Amb. 1. *Beneventum; quae. beneventumque* Amb. 1. Flor. Camp. *et* ante *collem* ins. Turic. Flor. Amb. 1. Alm. Goth. Voss. 2. Camp. Jens. et edd. posterr. ante Bad., acc. Sich.

§. 32. *qui verba. quae v.* Turic. Flor. Amb. 2. Guelf. Voss. 1. Bern. Goth. Camp. Jens. Tarv. Loc. Ven. *qui* ex Regii emendatione est. *quae paululum*, om. *verba* Amb. 1. *syllabisve; inde.* Turic. *syllabis ut inde* (al. m. corr. *in*). Haec lectio in Argentor. fuisse videtur, et ex ea Obr. suam effecisse: *syllabisve, ut in parv.* — *labantur. dilabuntur. labuntur* etiam Paris. 6. Turic. Flor. Amb. 1. Sich. *labantur* Tur. a sec. m. Camp. *sit enim cons.;* ita habent etiam Paris. 1. 2. Tur. Amb. 1. 2. fort. Camp.; Flor. siletur, conferentis profecto negligentia. *vel;* ita etiam Turic. Flor. Amb. 1. 2. Camp. *appellaverunt. vocaverunt* Turic. Flor. Goth. Voss. 2. Camp. Jens. et edd. posterr. ante Stoer., acc. Obr. fort. Amb. 1.

§. 33. *jam sit et class. jam sit ut cl.* Flor. Amb. 1. Alm. *j. fit ut cl.* Turic. Camp. *j. si sicut cl.* Obr.

§. 34. *int. rect. seq. imp. contr.* Haec insititia habent etiam Turic. Flor. Amb. 1. Camp. Par. 1.; omitt. Par. 2. 6.

(e quibus ille semper fere cum Goth. et Voss. 2. facit); Amb. 2. siletur, ut Bern. Voss. 3., quorum similis est; de his vid. Spald. notam. *sinemus.* *sinamus* Jens. et edd. posterr. ante Sich., cum Goth. *a lusu* etiam Flor. Amb. 1. 2. *a luxu* Camp.. *ab usu* Paris. 1. 2. *Ditis;* ita etiam Flor. Amb. 2. Paris. 1. 2. 3. Camp. Obr.; *dites* Amb. 1. *quasi vero. qua v.* Turic. a pr. m.; a m. sec. *quare v.*, ut Camp. *imposuerunt* Turic. Guelf. Goth. Camp.

§. 35. *nominare;* ita Spald., fort. operarum errore; ceteri enim *nominari,* et codd., quantum video, nihil variant. *ea parte. in ea p.* Turic. Flor. Amb. 1. Alm. Bodl. Goth. Guelf. Voss. 2. Baliol. Camp. Jens. et edd. posterr. ante Stoer. *quae.* Amb. 1. *qua.*

§. 36. *sibi* om. etiam Turic. (cum quo Florent. facere, quamquam non memoratur, persuasum habeo) Amb. 1. 2. (unde verisimilius fit, etiam Voss. 1. 3. Bern. cum Guelf. consentire) Par. 1. 2. 6. Camp. Jens. et cett. edd. ante Bad. *C. Granius. Gavinius* (om. *C.*) Turic. Flor. Amb. 1. Camp. *Gavius* Amb. 2. (ut Bern.) *Caninius* Paris. 2. *Gaius* Paris. 1. *juvit,* a Spald. probatum, ins. etiam Amb. 2. Par. 1. 2. 6. *uiuit* Flor. *uiū* Turic. a pr. m. (paullum aliter, ac Spald. praef. Vol. I pag. LXXVII indicavit); al. m. delevit; *ihuit* Paris. 1. 2. 5. 6. *inhuit* Camp.; Amb. 1. siletur. *de causa ead.* Flor. *affirmant* Turic. a pr. m. Flor. Bodl. Baliol. Voss. 1. 3. Guelf. Camp. Jens. et cett. edd. ante Bad.; acc. Sich. *in inventi* Turic. a m. sec. Bodl. Baliol. Jens. et aliae edd. ante Sich. *ait. Aelius.* Turic. Flor. Par. 1. 2. 6. (in edit. Pott. 1. 2. 3. 5.) Camp. Amb. 2. *L.* om. etiam Amb. 1.; num *ait* legat, tacetur. *petit* Paris. 2. Goth. cum plerisque edd. vett.

§. 37. *quod in eo. quia in eo* Tur. Alm. Flor. Amb. 1. Voss. 1. Camp. Sich. *gragulos* Amb. 1. Goth. *voluit pers. Cic.* Amb. 1. *ad eum enim scribit.* Haec inser. etiam Turic. Flor. Amb. 2. Par. 1. 2. 6. Camp. Obr. fort. Amb. 1.

§. 38. *Sed hoc tanti* habent etiam Tur. Flor. Amb. 2. Paris. 1. 2. 6. Camp. fort. Amb. 1. [*Hoc vertere* opinor

jungendum esse, i. e. haec ratio verborum appellationes a naturalibus causis ad significationem convertendi (τρέπειν, unde τρόπος) ac videtur mihi Quintilianus etiam hanc avem a voce sua appellatam putasse. Varronis autem originationem vide libro V (vulgo IV) c. 11 edit. Spengel. p. 81.] *quod* ante *quidam* inser. Turic. Flor. Alm. Guelf. Camp. [Cf. Spalding. in praef. Vol. I p. LXXVII.] *Longus et Rufus* (vid. Spald. not. exeget.) videtur Obr. ex Argentorat. dedisse; ita enim Turic. Flor. *strepere. stertere* Turic. (habet enim *sterteremus* murm.) Flor. Baliol. Camp. Obr. fort. Amb. 1. *extrepere* Guelf. Bern. Amb. 2. *pluraque* etiam Amb. 2. Jens. Par. 2. 6. *pleraque* Par. 1. Camp.

§. 39. *verba et a vet.* Turic. Flor. Almel. Camp. Jens. et cett. edd. ante Gryph., exc. Sichardo, qui cum Guelf. omittit *et a.* *sed* ante *etiam* om. Turic. Flor. a pr. m Alm. Amb. 2. Guelf. Camp. *aliq. maj.* Flor.

§. 40. [De verbo *exanclare* vide Addenda in prafat. Vol. I p. LXXVII.] *crebre* Turic. Flor. Alm. Guelf. Camp. *manifeste* Turic. Flor. Alm. Guelf. Amb. 2. *topper.* *opper* Turic. Flor. *oper* Amb. 1. facili errore. *antegerio* Turic. Flor. Amb. 1. 2. Guelf. Voss. 3. Jens. Tarv. Ven. Ald. sed obstare videtur ordo litterarum apud Festum. Cf. ad VIII, 3, 25.

§. 41. *congregatis* etiam Paris. 1. 5. Tur. Flor. Amb. 2. Camp. *consecratis* Flor. a m. sec. Paris. 2. et 5. a sec. man.

§. 42. *his verbis* Turic. Flor. Amb. 1. Goth. Camp. et cett. edd. ante Stoer. *tuburchin.* tuentur etiam Flor. Amb. 2. fort. Turic.; *tiburciabund.* Camp. *lurchinab.*; ita etiam Turic. Flor. Amb. 1. *lurchiab.* Paris. 1. Amb. 2. *lurciab.* Camp. *placet* etiam Flor. Amb. 1. 2. Paris. 5. Camp. *placeat* Paris. 1. 2. *gladiolam* Jens. Tarv. Ald. (cf. Spald. notas). *colles* Turic. Bodl. Camp. Andr.

§. 43. *locuti sint;* ita etiam Paris. 2. Amb. 1. 2.; ceteri vulgatam lectionem *sunt* dare videntur, et diserte laudantur Paris. 1. 3. 5. *qui loquantur* Turic. a pr. m. Flor. Amb. 2. Alm. Voss. 3.

§. 44. *quae ex eo si* Turic. Camp. *lavamur — tondemur.* Ita etiam Turic. Flor. Amb. 2. Camp. Par. 1. 2. 6. (3. et 4. quoque Pottier. in edit. adjicit.) fort. Amb. 1. [Adjecit notae suae quaedam Spalding. in praef. Vol. I p. LXXVIII.]

§. 45. *loquantur* Amb. 1. quod Spald. maluerat. *eruditiorum* Flor. a pr. m. *erudiorum* Turic.

Cap. VII.

§. 1. *quod Graeci et Gr.* Flor. a pr. m. Turic. *Id Gr.* Obr.; sed Amb. 1. tuetur *quod.* *hoc* ante *nos* ins. Amb. 1. *nominamus* Flor.

§. 2. *sic interim* etiam Par. 2.; *sed* tuentur Par. 1. 6. Camp. alii. *interdum* (pro *interim*) Turic. a m. sec. Bodl. Baliol. Paris. 1. Camp. Andr. *utrum* om. etiam Amb. 1. 2. Paris. 5. Sieh.

§. 4. *illa* post *putav.* om. Amb. 1. *exspecto sed* omitt. etiam Flor. Amb. 2. Camp. Obr. fort. Amb. 1. *remota. s.*, quam hoc loco ins. edd. ante Spald., omitt. etiam Paris. 3. 4. 5. Amb. 2. Obr. fort. Amb. 1.

§. 5. *itemque cum* habent etiam Turic. Amb. 1. Par. 1. 2. 6. Camp. *per q. u. o. m.* cet. Turic.: *per c. uō si comitem per q. ac duas u seq.* Flor.: *per c. u. m.* (supra a m. sec. *q. u. o. m.*) *si comitem per c. ac duas u seq.* Amb. 1.: *per c.* (*c.* est sec. man.; tertia man. supra scripsit *q.*) *si comitem per q.* (*q.* sec. m.; supra *c.* tert. m.) *ac d. u.* cet. Camp.: *per q.* (ut Par. 2.) *si vero comitem per c. ac duas inseq.* Amb. 2. Par. 6. plane eadem dant, quae Guelf. et Spald.; in poster. parte etiam Par. 2. *per q. u. o. m.* habet etiam Par. 1. *si vero quum per q.*, unde edd. recent. effecerunt *causam*, Par. 1.

§. 6. *jam etiam;* ita praeter eos, quos memorat Spald., Turic. Flor. Amb. 1. 2. Paris. 1. 2. Camp.

§. 8. *Illud enim;* ita etiam Par. 1. 2. 6. Camp. *immunis* etiam Tur. Flor. Amb. 1.

§. 9. *Est et in* Turic. Flor. Amb. 2. Camp. Obr. fort. Amb. 1. *Harusp.* Turic. Amb. 1. Camp. *relinquet*, receptum a Spald. e conj., praebet Amb. 1.

§. 10. *significant* etiam Jens. Tarv. Par. 2. *significat*, praeter alios Par. 1. 6. Camp. *vim s. voc.* Turic. Camp.

§. 11. [De Ω et οὐ vid. Plutarchum de Garrul. 2, 513 A. *Φιλίππου γράψαντος εἰ δέχονται τῇ πόλει αὐτὸν, εἰς χάρτην οὐ μέγα γράψαντες ἀπέστειλαν.* Spald.]

§. 12. *adjectum ultimum* Amb. 1., ut conjecit Gesn. *in plurimis verb.* Turic. *in pluribus verb.* Camp. *Julio* Amb. 1. ut edd. vett. *C.* om. etiam Turic. Flor. Camp. *interim. interdum* Turic. a sec. m. (cujus libri corrector *interim* videtur odisse; solet enim semper fere emendare *interdum*, quod deinde in alios codices fluxit). Camp. *vesperug* om. Turic. Camp. Flor. a pr. m. *vesprug* Amb. 2. Flor. a sec. m. Paris. 3. 5. 6. Sich. *vesperuginem* etiam Amb. 1. contra Obr. tuetur. Paris. 1. *vesperi, aeruginei quod.* Turic. *vespu eruginem*, paullo aliter, ac Spald. in Add. praef. Vol. I p. LXXVIII refert.

§. 13. *est* post *necesse* inser. Turic. Flor. Bodl. Voss. 1. 3. Camp. Tarv. Ven. Ald. Sich. Gryph. Obr. fort. Amb. 1. *scribebant. scriptum* Turic. a pr. m. *scriptum est* Camp. Turic. a m. sec. *ita* omittunt etiam Paris. 1. Turic. Amb. 2. Camp. Gryph. verisim. Amb. 1. *etiam ita* om. Sich.

§. 14. *Sem g. d. non f.* etiam Paris. 1. 2. Turic. Flor. Amb. 1. 2. Camp.; receptam primus dedit Cervicorn., nisi forte jam est in Bad. 2. *atqui* e Amb. 1. a sec. m.

§. 15. *uterentur* cum Guelf. inser. Amb. 2. *discreta est.* Ita etiam Turic. Flor. Camp. Par. 1. 2. 6.; Ambross. silentur. *Jam pueri. J. puerei* edd. vett. multae; *puere* (quod eodem duecere monuit Sp.) Turic. Flor. Amb. 1. Camp. alii. *e postr. et postr.* Turic. Flor. Amb. 1. *Ut puerei. U. pueri* Turic. Flor. Amb. 1. Camp. Ven. Gibs. *furi* etiam Turic. Flor. Camp. Amb. 2. alii. *fueri* Amb. 1.

§. 16. *quo quidem* Turic. a pr. m. Flor. Amb. 1. *aurei argentei*; ita etiam Paris. 1. 2. 3. Turic. Amb. 1. 2.

Flor. (hic praeterea ins. *et*). *et his simil.* Turic. Flor. Amb. 1. Bodl. Camp. Andr. [non male, vid. II, 10, 14. II, 17, 4. Praef. Vol. I p. LXXVIII.]

§. 17. *quam non s. quia non s.* Turic. Baliol. Camp. Andr. *in tris syllabas.* Huic lectioni accedit Flor.: *in trissyllabas.* Paris. 1. 3. 4. 5. aperte *tris syllabas* traduntur habere. Amb. 2. Obr. fort. Amb. 1. *in trisyllabas.* *in trisyllabis* Paris. 2. 6. Jens. ut pleraeque edd. *inter syllabas* Camp. *desideret. desideraret* Amb. 1. Turic. Bodl. Flor. a m. sec. *desiderant* Flor. a pr. m.

§. 18. *At syll. Ae syll.* Turic. Flor. Amb. 1. [quod restituendum videtur, quoniam de Latinis verbis dicit] Camp. *at* Amb. 2. *ac* Sich. Cf. praef. Vol. I p. LXXVIII.] *dat. vel gen.* Amb. 1. a pr. m. om. *dat. vel;* al. m. corr. *gen. vel dat.* *aquai* etiam Flor. Amb. 1. Paris. 4. 5. 6. Camp. Gryph. Stoer. Chouet. Sich. in marg.

§. 19. *In iisdem.* Obr. *Iidem in,* ut Flor. a sec. m. (nisi quod hic *Idem*). Receptam tuetur Amb. 1. *pluralia* Turic. Flor. Amb. 1. a m. sec. Almelov. *his Syllae* etiam Jens. Paris. 1. 2. Amb. 2. *in his Syllae* Obr. *in his syllabae* Turic. a sec. m. Camp. *his syllabae* Flor. Receptam dant Amb. 1. Flor. a sec. m. *Est in. Est et in* Flor. a m. sec. Camp. *Et in* (om. *Est*) Turic. Alm. *credat. credit* Flor. *credet* Tur. Amb. 1. a m. sec. Amb. 2. Voss. 3. Bern.

§. 20. *Ciceronis paulum infra* Turic. *caussae, cassus. caussas et cassus* Flor. Camp. Amb. 1. a sec. m. (prius erat *causasccasus*) *causas et casus.* Turic. *et* ins. etiam Guelf.

§. 21. *quod nos gemina S dic. nos* et *S* om. Jens. et edd. post. ante Gryph. *S* omitt. etiam Turic. Flor. Amb. 1. 2. Camp. Voss. 3. *jusi* om. etiam Flor. Amb. 2. Par. 1. 2. Camp. Obr. fort. Amb. 1. *Jam opt.* Amb. 1. *Etiam* tuentur Turic. Amb. 2. haud dubie alii. [Non C. Caesarem Caligulam sed Caesarem dictatorem ejus rei auctorem fuisse, verius opinor, censuit Conrad. Schneiderus in Elementis Ling. Lat. p. 19 not.]

§. 23. *dicem et faciem. dice et face* Turic. Guelf.

(apud Spald. fort. errore typogr. *facie*) Flor. Amb. 1. Camp. Sich. *quod et ex. et* om. Turic. Flor. Amb. 1. Camp. (qui *in* pro *ex* habet).

§. 24. [*Sibe* apud Livium IX, 5, 10 in cod. Flor. legitur, vide ad eum locum Drakenborch. Spald.]

§. 25. *primus* Amb. 1., ut voluit Spald.

§. 26. *seruum ceruumque* etiam Camp. *seruom ceruomque* Amb. 1. *seruum coruumque* Flor. *literam. F* ins. Turic. Flor. Camp.; omitt. etiam Amb. 2. Par. 1. 2. a pr. m. 6.

§. 27. *praeposui* Turic. Amb. 1. Voss. 2. Camp. Gryphius. *qui et oi* Turic. Camp. *q. et u. et o. et i.* Amb. 1. *illo qui* cet. Flor. ita: *illo quoi distingueretur qui. quae tamen scrib.*

§. 28. *notatur. significatur* Turic. Flor. Bodl. Baliol. Amb. 2. Voss. 1. Goth. Camp. Obr. fort. Amb. 1. *signatur* Voss. 2. 3. *Gajas — Gajos* Turic. Flor. Amb. 2. Camp. Obr. fort. Amb. 1. Ↄ omitt. etiam Turic. Flor. Par. 1. 2. 6. Camp. Obr. fort. Amb. 1.

§. 29. *Nec Gneus. Sed Gneus* Flor. Amb. 1. a sec. m. (prius erat *Set*). *Sec. Gneus* Turic. *Secus Gn.* Camp. *Gneus* dat etiam Amb. 2. *quae son.* Obr. (fort. ex Argent.) Turic. Flor. Bern. fort. Amb. 1. *et column.* cet. Flor. sic: *et clarissimos et consules geminata eadem littera legimus* (plane ut Turic. Bodl. Alm. Par. 1., nisi quod hic subjicit: *et columa exempta n litera legimus.*); recentior manus dedit in margine: *et columam exempta n litera et consules geminata s littera Coss. legimus* (ut edid. Burm. cum aliis). Amb. 1. sic: *et clarissimos* (hoc a sec. m. super magnam abrasionem plurium vocum) *et consules geminata eadem litera legimus.* (In his omnibus al. man. versata est.) Amb. 2.: *et columam et consules exempta n littera legimus*, ut Voss. 3. Par. 2. 6. (nisi quod 2: *columna*). Voss. sec. *et columa et coss. exempta n litera legimus.* Camp.: *et columam exempta n et cossules geminata eadem litera S leg.* Jens.: *et columna et consules exempta n littera legimus*; quam item cod. Bern. et Goth. scripturam recepit Gesnerus. [Equidem non dubito,

quin verissima sit codicum (ne de Amb. 1. hoc loco dicam) Turic. Flor. Bodl. Alm. scriptura: *et clarissimos et consules geminata eadem littera legimus.* De Consulum nota dixit Spaldingius et vulgo notum est (quamquam *Coss.* quod Valerius Probus p. 1503 Putsch. habet, in corpore Inscript. Gruteriano non invenio, sed aut *Cos.* aut *CoS.* aut *Conss.*), sed etiam eorum perpetuam appellationem *clarissimorum* (cf. Drakenborchium ad Livium XXXIV, 5) non plene scribi solitam fuisse, et inscriptiones docent et veteres notarum collectores. In illis C. vel CL. *clarissimum* virum significat, et in numero plurali CC.: horum Valerius Probus apud Gothofr. p. 1456, apud Putsch. p. 1503 C. V. *clarissimum virum,* Petrus Diaconus Gothofr. 1505, Putsch. 1501 CLS. *clarissimum* significare tradiderunt. Hoc ipsum Quintilianum voluisse mihi persuadeo, ut, quod *Coss.* (vel *Conss.*) *Clss.* scriberetur, pronunciaretur *Clarissimi Consules.*] *Subura. Suburbana* Amb. 1 a sec. m.

§. 31. *est us.* Turic. Flor. Guelf. Camp. Jens. et edd. post. ante Gryph. Obr. fort. Amb. 1.

§. 33. *Redit. Sedit* Turic. Amb. 1. Tarv. Ven. *Sedet* Obr. Alm. Tur. a sec. m. [Cf. praef. Vol. I p. LXXVIII.] *agentibus* etiam Turic. Flor. Camp. verisim. Amb. 1. *grammatice* Turic. Amb. 1. 2. Flor. a pr. m. Goth. Voss. 1. 2. 3. Camp.

§. 34. *est M. Tull. est* om. Obr. (ex Argent. ni fallor) Alm. Turic. Camp., sed Amb. 1. retinet. *M.* om. Amb. 1. a pr. m. *in* omitt. etiam Sich. Turic. Flor. Amb. 2.; sed Amb. 1. habet. *usque quaque* omitt. etiam Turic. Flor. Goth. Amb. 2. Par. 2. 6. Camp.; retinent Par. 1. fort. Amb. 1. *exactor est* Turic. a sec. m. (prius erat *exactore*, ut in Alm.) Camp. *editi freg.* Flor. male.

§. 35. *de* omitt. etiam Turic. Flor. Amb. 1. 2. Camp. Sich. Gryph.

Cap. VIII.

§. 1. *conc. cel.* Goth. cum edd. vett. male. [*quid quoque flexu.* Haesit in his verbis Spaldingius, sine causa,

opinor, nam plures sunt flexus vocis (vid. c. 12, 3), unde flexibilis dicitur, quae facile quocunque ducas sequatur, et opponitur *durae* lib. XI, 3, 15. De *versu distinguendo* cf. ad Spaldingii notam ea quae dixit de loco XI, 3, 36.]

§. 2. *parte* omitt. Obr. (ex Argent. sine dubio) Turic. Camp.; sed retinetur ab Amb. 1. aliis. *suavitate. sanctitate* Amb. 1. *quia et carm. est* Amb. 1. Tarv. Ven. *et plasm.* Flor. a pr. m. [Cf. praef. Vol. I p. LXXVIII.]

§. 3. *sua* omitt. etiam Amb. 2. Paris. 2. 3. 5.

§. 4. *dicant* Amb. 1. a pr. m.

§. 5. *optime* omitt. Guelf. Camp. *Hom. Virgilioque* Flor. *firmiore judicio. firmioris jud.* Camp. Flor. *firmiores jud.* Turic. a pr. m. (alia corr. *firmiori*). *firmioris judicii* Amb. 1. (ultimum *i* est sec. m.) *opus est;* ita etiam Flor. Camp. fort. Amb. 1.; *esset* Par. 1. 2. 6. *subtilitate* Turic. Flor. Camp. ridicule.

§. 6. *tragoediae;* ita etiam Flor. Amb. 1. a sec. m. (prius erat *tragoedia*) Amb. 2. Par. 2. 6. *tragoedi* Par. 1. Camp. Turic. a sec. m. (prius erat *tragoede*). *in iis* Turic. Goth. et edd. vett. pleraeque. *nolim. nolis* Camp.; *nolis* non pauci codices. *nolim in quib.* Amb. 1. *elegeci* Amb. 1. a sec. m. *qua amat* Amb. 1. 2. Guelf. Sich. *quae amant* Turic. a sec. m. Camp. *hendecasyllabi et quibus.* Sic Paris. 2. *hendecasyllaba quae* Turic. *hendecasyllabi a quibus* Amb. 2. *hendecasyllabi* (al. m. corr. *—ba*) *quib.* Flor. *hendecasyllaba a quib.* Camp. Par. 1. *Sotadicis* etiam Amb. 2. Par. 1. 2. 6.

§. 7. *comoedia eque* Turic.; inde alii *comoedia aeque,* ut Flor. Amb. 1. a sec. m. Amb. 2. Camp. *ad eloq. conf.* Jens. et aliae edd. ante Stoer. *praecipue* etiam Par. 2. Jens. Tarv. Ven. Vidov. *praecipua* Par. 1. 6. (1. 3. 4. Pott. in edit.) Camp.; idem dare videntur Turic. Flor. Amb. 1. [Cf. praef. Vol. I p. LXXVIII.]

§. 8. *valuerint* Bodl. Guelf. Goth. Steph. *vel ἀττιк.* Turic. a pr. m.

§. 9. *petenda est* Flor. Bodl. Baliol. Voss. 1. *cum*

nos Obr., sed Amb. 1. *quando n.*, ut vulgo. *deliciarum vitia;* ita etiam Flor. Amb. 2. Par. 1. 2. Camp. Jens. Tarv. Sich. Ald. alii, fort. Amb. 1. *deflexímus* etiam Jens. et Paris. 2. 4. 6. *deflexerimus* Amb. 2., sed *defluximus* tuetur Amb. 1. *defluxerimus* Paris. 1. 3. 5. *fidem.* Paris. 1. *finem.*

§. 11. *Ennii ac Pac.* Amb. 1. Camp. *asperitate. auctoritate* Voss. 1. Jens. Tarv. Loc. Ven. *respirant* etiam Flor. Amb. 1. 2. Alm. Paris. 1. 2. 6. Voss. 2. 3. Jens. Tarv. Loc. Ven. Ald. *respirent* notatur ex Paris. 5. et edit. Camp.

§. 12. *qui prop.* Turic. Alm. *praepos.* Camp. *terminetur* Amb. 2. Voss. 3. Guelf. Goth. Jens. alii. [Conjecturam suam in nota erit. propositam, ut et *priora* et *sequentia* deleretur, ipse Spald. ad V, 10, 42 redarguit.]

§. 13. *deprehendat* etiam Obr. (ex Argent., si recte conjicio) Paris. 1. 5. 6. Flor. fort. Amb. 1. *deprendat* Amb. 2. *deprehendant quae* Turic. *deprendant quae* Camp. *deprehendantque* Paris. 2. *leges loq.* Amb. 1. non male. *composita*, om. *sunt*, etiam Amb. 2. *sint compos.* Flor.

§. 14. *serv. metr.* Turic. Flor. Amb. 1. Camp. Jens. et edd. post. ante Gryph.

§. 16. *maj. cur. jam.* Jens. et rell. edd. ante Stoer., exc. Ald. *utraque* omitt. Obr., ex Argent. profecto, cum Turic.; retinet Amb. 1. cum ceteris. *vocant* Amb. 1. a pr. m. Voss. 1. 3.

§. 17. *decore* cum Bodl. Joann. Bal. etiam Flor. Amb. 1. 2. Paris. 1. 2. 5. Camp. Jens. Tarv. [Hoc malebat posthac Spaldingius collato loco IV, 2, 19, sed praeterea conjiciebat *decore, tum.*]

§. 18. *accedit* Turic. Flor. Camp. *accedet* etiam Amb. 2. Paris. 2. 4. 5. *accidet* Paris. 1. *accedat* Paris. 3. *oratoribus* edd. pleraeque vett. *quod quisque nequam*, quod magnopere placet Burmanno, sed sine causa idonea, judice Spaldingio, Turic. Flor. Alm. Amb. 1. (nisi quod Turic. *quid*). *quisquis unq.*, om. *quod*, Amb. 2. *quid quis unq.*

Baliol. Paris. 3. 4. 5. *quidquid quis* Paris. 1. *quid quisque* Paris. 1. Camp.

§. 19. *scedas* etiam Amb. 2. Amb. 1. a pr. m. edd. vett. pleraeque. *scidas* Turic. a pr. m. Amb. 1. a sec. m. *sordes* Camp. *hujusmodi* Amb. 1.

§. 20. *quoque* om. etiam Paris. 2. Amb. 2.; retinet Paris. 1. Camp., fort. ceteri, qui silentur.

§. 21. *ad ridicula* Goth. Voss. 2. cum edd. a Jens. usque ad Vidov. *mentiantur* Turic. Flor. Amb. 1. Baliol. Voss. 3. Paris. 1. 2. 5. Camp. Andr. Steph. Gryph.; non male, cum numerus pluralis intelligatur.

Cap. IX.

§. 1. *sunt quid.* Flor. *aetatis capientis* Codd. et edd. vett. multae; codd. quidem saepe ita terminant ea quoque verba, quae in *ium* non exeunt.

§. 2. [De *consummatis professoribus* cf. Sarpium Anal. p. 25 *consummatis profectibus* conjicientem et Buttmannum in praef. Vol. IV p. XI. Equidem causam video nullam corrigendi.]

§. 3. *ethimolog.* Turic. Flor.; *ethiol.* Amb. 1. a pr. m. *doctorum* Turic. Flor. Goth. Amb. 1. a sec. m. Bodl. Alm. Voss. 2. Jens. Loc. Tarv. Ven. *aetiol.* Turic. *aetimol.* Turic. a sec. m. Amb. 1. a sec. m.

§. 4. *quis dix. aliq. vel fec.* Flor. Amb. 1. 2. Ald. *quis non dix. aliq. fec.* Turic. a pr. m. (al. m. addidit *sed* post *dix.*) *aliq. dixisset vel fecisset* Paris. 3. 6.

§. 5. *in ipsorum f.*; ita etiam Flor. Amb. 1. 2. Camp. Par. 1. 2. 6. *et tam. etiam* Turic. Flor. Amb. 1.

§. 6. *praeceptores*; ita etiam Turic. Amb. 2. Par. 1. 2. 6. Camp. *oratores*, superscripto *praeceptores* Flor., ut e Poggiano affert Regius. *grammaticis* om. Amb. 1., et ante *operum* inserit *grammatici.*

Cap. X.

§. 1. *de grammatice* Turic. Flor. Amb. 2. Voss. 1. et aliquot edd. vett., quae quasi legitima forma Quintil. est,

Latine dicit *artem grammaticam.* *rhet. trad.* Turic. Flor. Amb. 1. Jens. et edd. post. ante Bad. *enclycon pedian* Turic. (err. Spald.) Flor. *ἔγκυκλον παιδείαν* Flor. a sec. m. Gryph. Camp. Tarv.

§. 2. *studia.* Adi praef. Vol. I p. LXXIX de conjectura Klotzii *stadia.* *perfectae — possunt;* ita etiam Flor. Amb. 1. 2. (qui tamen omitt. *non* cum Bad. Vid.) Par. 1. 2. 6. Camp.; Regii conjecturam primus recepit Cervic. (nisi forte jam Bad. 2.)

§. 3. *ducta,* om. *in,* etiam Flor. Paris. 1. Camp. Amb. 1. a sec. m. (prius erat *data*). *in ducta* Ald. *in data* Paris. 5. *data* (om. *in*) Paris. 2. *possit* Amb. 1. Turic. a sec. m. Camp. Voss. 3. *nominibus.* *numeris* Camp.

§. 4. *etiam* om. Jens. et aliae edd. ante Gryph. *nec Geom.* *neque G.* Turic. Flor. *geometres* Amb. 1. a sec. m. *geometron* Turic. Flor. a pr. m. *audierint* bene Turic. Flor. Amb. 1. Camp. *audiverint* Paris. 5. *audierunt* Alm. Paris. 1. 2. *M.* om. Camp. Obr., sed retinet Amb. 1. *et* omitt. etiam Turic. a pr. m. Flor. Amb. 1. 2. Goth. *in scripto* Flor. *non enim* etiam Amb. 1. Camp. Tarv. *istius* Turic. Flor. Alm. male. *et nulla p.* Amb. 1.

§. 5. *instruendum;* ita etiam Paris. 5. Flor. Amb. 2. Sich. Obr. fort. Amb. 1. Cf. not. crit. ad VI, 5, 10. *Cerat.* *Crocod.;* haec Graec. litt. Amb. 1.

§. 124. *cervicibus.* Amb. 1. *a cerv.* *invocabat.* Flor. Amb. 2. quoque *invocabant.* *cum — noscitaret.* Idem exhibet Amb. 1. secunda manu *vocem* dante. Par. 1. quoque *noscitaret* exhibet, Par. 3. *nosceret.* *neque d. e. neque.* Goth.

Jens. cum edd. ante Stoer. *nec d. e. nec.* *inter m.* Amb. 1. *et inter m.* *neque v. e. neque.* Goth. et edd. ante Sich. meae. *nec v. e. neo.* *exprobrari.* Turic. Flor. *exprobari.*

§. 125. *Ne illud.* Amb. 1. *neque illud.* *quantam.* Camp. *quantum.* *afferat.* Amb. 1. *affert.* *sed et ipso.* Turic. Flor., uterque a pr. m. cum Alm. omitt. *et.* *quod quo.* Camp. *quo quo.* *sanctius.* Amb. 1. *ac s.* *habeat* Turic. Flor., uterque a pr. m. *habet.* *quoque ponderis.* Amb. 1. *pond. quoque*, optime.

§. 126. *igitur.* Edd. ante Gryph. exc. Ald. et Sich. *ergo.* *in hac praec. parte.* Guelf. *praec. i. h. p.* *omnis callid.* Camp. om. *omnis.* *se usquam cust.* Goth. *usq. s. cust.* Amb. 2. Voss. 3. omitt. insequens *magis.*

§. 127. *Sed hoc.* Amb. 1. *at hoc.* Alm. *ad hoc.* Guelf. *sed haec.* *nisi—apparet.* Sic Amb. 2. Goth.; ceteris omissis. Pro *appareat* etiam Amb. 1. Par. 1. 2. 3. *apparet.* *desinat ars esse.* Flor. *desinet* (a pr. m.) *ars esset.* *ex laude.* Guelf. *et laude.* *ducimus summam.* Turic. (etiam *summa* exhibens). Flor. Alm. Amb. 2. *dicimus s.* *Ita quae.* Turic. Guelf. Amb. 2. Voss. 3. Jens. Loc. Ven. *itaque*, cum Ald., quae addit *cum.*

§. 128. *Est et quaedam r.* Amb. 1. Flor. a m. pr. (a sec. *est quaedam etiam*) Par. 1. 2. 5. omitt. *et.* ἐπιδιήγησις. Flor. a pr. m. Amb. 2. etiam ἐκίθεσις. *esse debet.* Goth. Camp. et edd. ante Gryph. ordinem mutant. *fusius.* Camp. *fusiusque.* *posset.* Etiam Flor. et Par. 1. *possit*, fort. Amb. 1. nec intelligo cur Praeseps Spaldingio adeo displicuerit. *Id esse raro.* Flor. Amb. 2. Par. 1. 2. 3. *I. est r.* Amb. 1. *I. enim r.* Ald. Sich. *idem raro.* Colin. *id tamen r.* *judico.* Flor. quoque *judicio.* *neque sic unquam.* Jens. Loc. Ven. *nec sic unq.* Amb. 2. *sit unquam.* Voss. 3. Bern. *fit unq.* ἐπιδιηγήσει. Camp. ἐπιδιηγησι, transposito *uti.* *volet.* Amb. 2. Voss. 3. (etiam antea *cui* pro *qui* dantes) Voss. 1. *nollet.* Pithoeus, Jens. *nolet.* *loco rem.* Sic etiam Amb. 1. Par. 1. *contentus.*

Amb. 2. *contus.* *facti sit.* Sic Flor. (modo *quod* pro *quid* dans) Par. 1. 2. Omittunt *sit* Amb. 2. Sich. *Quod factum s.* Amb. 1.

§. 129. *ornandum; si aliena.* Turic. Flor. a pr. m. *ordinandam si alienam.*

§. 130. *Sed hae.* Turic. Flor. Amb. 1. 2. *sed haec.* Camp. *Sed hee.* *Habitus.* Omittit etiam Amb. 1. *hujusce, Judices.* Turic. *hujus cui dicis.* Flor. *judicis.* Ald. adjic. *inquit.* *Larinatis.* Turic. Flor. a pr. m. *Lariantis.* Amb. 2. Bern. *Larinati.* *sed reg.* Flor. Amb. 2. Par. 1. 2. 3. Voss. 2. 3. hoc etiam dant. *ut Q. Lig.* Guelf. Amb. 2. Voss. 3. *ut Q.*, Goth. *Q.* omittunt. Turic. a pr. m. Flor. *ut quae Lig.* Amb. 1. *ut Q. enim Lig.*

§. 131. *Thurino.* Sic etiam Par. 1. Colin. *Tiburno* dat Voss. 2. *Tigurino* Sich. [Vide nunc in VI orationum Partibus ab Angelo Maio repertis p. M. Tullio cap. 7.] *Ctesiphonte.* Amb. 1. *ctesiponte.* Amb. 2. *ctesifonte.* Guelf. *thesiphone.* Camp. *Thesiphonte.* *Φωκικοῦ.* Sic etiam Amb. 1. Flor. in marg. Par. 1. 2. Amb. 2. *φυσικοω.* Colin. *φωκαϊκον.* *συστάντος.* Amb. 1. Flor. in marg. *σιςαντος.* Amb. 2. *συνιταντος.*

§. 132. *iis.* Sic etiam Amb. 2. Ex silentio collatoris Amb. 1. videtur *his* exhibere ut solet. *contentio est qui.* Amb. 1. Flor. etiam omittunt *est.* *Dolabella..* Sic etiam Cervic. *restit. restit. se dixit.* Sic etiam Colin. At Amb. 1. 2. Flor. Par. 1. 2. *restit. deinde r. s. d.* *hac de spons.* Turic. a pr. m. *haec de s.* Flor. a pr. m. *hec de s.* *judicandum.* Turic. Flor., uterque a pr. m. *indicandum.*

Cap. III.

§. 1. *exposuimus.* Guelf. Amb. 2. Voss. 1. 3. Bern. *exposui.* *prolato.* Turic. Flor. Guelf. Amb. 2. Bern. Goth. Voss. 2. *perlato.* Camp. *prelato.* *laetum ac plaus.* Turic. Flor. *laetum aut plaus.* Guelf. Goth. Jens. cum edd. ante Gryph., exc. Ald. *l. atque pl.*

§. 2. *forum.* Loc. Ven. *foro.* *agere.* Amb. 2. *aegre.* *ne si pressae.* Camp. *ne si prae se.* Turic. Flor., uterque a pr. m. Vall. Guelf. Amb. 2. Voss. 3. *nisi presse.*

narrationis. Turic. a pr. m. Flor. Voss. 1. 3. *narrationi.* Alm. *narratione.* *gracilitati.* Guelf. Colin. *gracilitate.* *argumentorum.* Loc. *argumentatorum.*

§. 3. *vitium.* Flor. *vicinum.* *necesse sit.* Flor. a pr. m. *necessit.* *eoque sumtas.* Sic etiam Flor. At Par. 1. 2. 3. Jens. cum edd. ante Cervic. et Gryph. *eoque desumtas.* *iis.* Amb. 2. *is.* Sich. *his.* [Codd. silentur, i. e. *his* habent, sed hoc vix opus est annotare, malim eos potius locos ab editoribus indicari, ubi *ii* et *iis* in bonis libris inveniantur.]

in hanc. Flor. a pr. m. *in hac.* *quia alieno.* Amb. 1. Par. 1. Flor. item inserr. *alia.* *possint.* Camp. *possunt.*

dicenda sint —. Ego. Sic Amb. 2. Voss. 1., omissis intermediis.

§. 4. *Ego* omitt. Flor. quoque. *expatiandi.* Amb. 1. *spatiandi,* abraso *ex.* Camp. *exspaciandi.* *narrat. sed.* Turic. a pr. m. Flor. *narrationis sed.* Amb. 2. *narrat. quod.*

universis. Turic. a pr. m. *universas.* *aut certe p. atque.* Amb. 1. *aut p. aut* (*a* adjec. al. man.) *certe queat.* [Mendose, nihil aliud: *queat* est *atque.*] *illustrari.* Amb. 2. *inlustrari.* *orationem: sed si.* Amb. 1. *oratio nam et si.* *cuneatur.* Sic Flor. a pr. m. Colin., et sine dubio etiam Amb. 1. *contineatur* Flor. ab alt. m. Par. 1. *conatur* Cervic. *natura.* Flor. Amb. 2. Bern. *naturae.* *erant.* Jens. et reliquae ante Bad. *erat.*

§. 5. *tam est.* Camp. *est tam.* *narrationi.* Voss. 1. addit *jus.* Voss. 3. *vis.* *probatio: nisi si.* Flor. a pr. m. *probationi si.* Alm. *prob. vis si.* Amb. 1. Turic. Goth. Camp. Bad. Cervic. Colin. omitt. *si.* Guelf. *prob. et nisi.* Amb. 2. Voss. 3. *probationis si.* Joann. *probationis vis.* Jens. et edd. ante Bad. cum Sich. et reliquis ap. Burm. *prob. etsi.*

ille vel quasi — initium. Sic Alm. Turic. Flor. a pr. m. Camp., omissis intermediis. At Amb. 1. *ille vel egressio quasi initium.* [Quam caeca criticorum ars sit, nisi veritatis

i. e. veterum librorum fundamentis nitatur, h. l. manifestum fit. Spaldingius Turicensis et Almeloveniani plurium verborum omissionem ne mentione quidem dignam habuerat, sed nunc quo illa pertineat, ex Ambrosiani fide clare intelligitur.] *ut si.* Amb. 1. omitt. *ut.* *prosequamur.* Gryph. *persequamur.* *eam velut.* Camp. *cum velut.* Amb. 1. Flor. a pr. m. om. *velut.* *spiritu erumpente.* Sic etiam Par. 1. At Flor. *spiri erump.* (ceteris abrasis). Amb. 2. Par. 2. 3. Obr. omittunt *spiritu.* Amb. 1. *spiritum rumpente.* Goth. *spiritu irrumpentè.*

§. 6. *criminis.* Turic. Flor. Amb. 1. Alm. Guelf. Goth. Voss. 2. Camp. et. edd. ante Stoer. *criminum.* *prius est.* Amb. 2. Voss. 1. 3. omitt. *est.* *pro reo.* Turic. *pro ore.* Guelf. Amb. 2. *pro eo.* *probatur.* Turic. Amb. 1. *probabitur.* *gravissimi.* Camp. *gravissima.*

§. 7. *Idem.* Ald. *item.* *ut si mer.* Turic. Flor. Alm. *ut sit si mer.* Guelf. Amb. 2. Goth. Jens., et edd. ante Gryph. (non Gryph. quoque, ut Burm. refert.) *uti si mer.* *varietatem.* Amb. 1. *veritatem.* Voss. 2. *varietate.* *ob ea.* Sic etiam Flor. Amb. 2. Voss. 2. At Amb. 1. Par. 1. 3. *ob eam.*

§. 8. *festinat.* Turic. a pr. m. Flor. *festinet.* *expositio.* Amb. 2. *positio.* *aversis.* Flor. a sec. m. Guelf. *adversis.* *et inani.* Camp. *ut inani.*

§. 9. *Sed ut.* Amb. 1. quoque *Et ut.* *non semper est.* Flor. a pr. m. omitt. *non.* Guelf. *est non semper.* Sich. *n. e. s.* *procursio.* Goth. *precursio.* Camp. *percursio.* *utique si.* Amb. 1. Flor. a pr. m. omitt. *si.* *prima specie.* Flor. a pr. m. *primam speciem.* Amb. 2. *prima speciem.* *minus erit.* Flor. a pr. m. *cusserit.* Amb. 2. *inusserit.* *si legem.* Amb. 1. 2. Flor. a pr. m. Sich. omitt. *si.* *asperam tuebimur.* Amb. 1. omitt. *tuebimur*, quod infra et ab ipso et a pr. m. Flor. ponitur pro *infercmus.* *aut poen.* Amb. 1. *ac poen.* *exordii.* Flor. a pr. m. *exordia.* Par. 2. *exordium.* Amb. 1. omitt. insequens *ad.* *mitigandum, concitandum.* Haec verba dant quoque Alm. Amb. 1. Flor.

Par. 1. 2; *Quod lib. hic et veh.* Sic etiam Flor. Amb. 2. Par. 2. 3. *Et* omitt. Amb. 1. *nota jam causa.* Amb. 1. *jam causa nota.* Edd. ante Gryph. meae *causa jam nota.*

§. 10. *His igitur.* Turic. Amb. 1. quoque *hic igitur. quo fac.* Flor. Amb. 2. *quod fac.* *post dicturi.* Turic. Flor. Alm. Amb. 1. *propositurí.* *ne jus nostrum.* Amb. 1. (nec a sec. m.) Turic. Flor. Alm. *ne justum. invitis.* Turic. *invitus.* Flor. *invictis.*

§. 11. *tamen* Turic. Amb. 1. omittunt. *nosc. nat.* Goth. Jens. et edd. ante Gryph. ordinem mutant. *juri magis — aut minus.* Sic Amb. 1. Flor. a pr. m. (a m. sec. inser. *inde enim.*) omissis intermediis. Amb. 2. exhibet *magis haud minus.* *erit hoc necessarium.* Goth. Voss. 2. omitt. *hoc.* Jens. et edd. ad Colin. usque *hoc erit nec.*

§. 12. *παρέκβασιν.* Amb. 1. *paregrasin.* *hae sunt.* Amb. 1. *haec sunt.* *locorumque.* Amb. 1. *locorum. rerum gestarum vel etiam fabularum.* Amb. 1. et Flor. a pr. m. item *r. g. ut laetitia. f.* Flor. a sec. m. *r. g. sed etiam fab.* cum Par. 1. 2. 3., nisi quod hi dant *fabulosarum,* quod etiam Amb. 2. Voss. 1. 3. habent. [Ceterum vereor ne, quod Spaldingius monstrum scripturae putavit, in eo alii non spernendam orationis elegantiam agnoscant. Nam *laeti* certe tales loci sint, nec fere nisi ornandi gratia adhiberi possunt.]

§. 13. *Quo ex gen.* Amb. 2. Voss. 1. 3. omitt. *ex.* Camp. *quae ex g.* *C. Corn.* Sic etiam Flor. Amb. 2. Sed Amb. 1. Par. 1. 2. 3. *G. Corn.* *Cn. Pomp.* Amb. 1. *Gn. Pomp.* [Notae exegeticae Spaldingius in exemplari suo haec adjecit: „Fragmentum harum orationum adhuc neglectum apud Aquilam Romanum pag. 156 invenitur."] *divinus orator.* Turic. Flor. a pr. m. *diu moratur.* Alm. *div. morator.* Amb. 1. *diu immoratur*, quod Ald. quoque dat, adjiciens *orator.* *velut.* Amb. 1. *veluti.* *actutum.* Sic etiam Par. 5. cum Gryph. (ubi falso Burm. *ac tamen* legi memorat.) Flor. a pr. m. Par. 1. 2. *ac tantum,* accedentes Turic. At Flor. a sec. m. *ac totum.* Amb. 1. *hac totum.* [*Hoc totum* postea ipse Spaldingius emendare volebat:

nam *actutum* sibi displicere. Certe non legitur alias apud Quintilianum. *devertit.* Turic. a sec. m. Goth. Camp. et edd. meae omnes ante Leid. *divertit.*

§. 14. *Παρέκβασις.* Turic. *παρερβάσεις.* Amb. 1. *parcubasis.* *alicujus.* Sic etiam Amb. 1. 2. Par. 1. 2. 3. *pertinentis.* Goth. Voss. 2. *pertinens.* *cur hunc.* Flor. inser. *hoc.* *assignent.* Amb. 1. *assignant.* *hoc nomen ita.* Sic etiam Flor. Ante Gryph. omitt. *nomen* Sich. *si aliquid.* Guelf. Amb. 2. *si alicui.* Voss. 1. 3. Bern. *si alius.*

§. 15. *quidquid.* Turic. *quid.* *refutatio.* Turic. *restitutio.* *his.* Ald. *iis.* *minutio.* Amb. 1. omittit; nec placet sine copula. *omne.* Amb. 1. Turic. Flor. a pr. m. *omnis.* *jucundam.* Turic. *jocundam.* *rerum.* Turic. a pr. m. *reum.*

§. 16. *Sed plurima.* Etiam Amb. 1. et Flor. a pr. m. *et plurima.* *sunt.* Flor. a pr. m. omitt. *nihil secum.* Guelf. Amb. 2. *non secundum.* Ald. *non secum.* *ex necessitate.* Turic. *ex necessitatem.* Par. 1. 3. omitt. *ex.* *dicimus.* Amb. 1. Goth. *ducimus,* quod malebat Spaldingius. *si quid.* Turic. Flor. a pr. m. *si quod.* Voss. 1. 3. Bern. *si quis.* Amb. 2. *quis,* omisso *si.* Guelf. *quid si.* *interventus.* Jens. Loc. Ven. *intervenientis.*

§. 17. *Cic. quoque.* Jens. et cett. ante Badium *quoque Cic.* *digredi.* Turic. a pr. m. Alm. Amb. 2. Voss. 3. *degredi.* *qua.* Turic. Flor. a pr. m. *quia.* *Poterit.* Flor. a pr. m. Amb. 2. Par. 5. *potest,* verisimiliter etiam Amb. 1. *velut commendationem.* Flor. *vel commendatione.* *adjicit.* Flor. *adicit.* *At, qui.* Flor. Amb. 2. Jens. Loc. Ven. etiam *atque.* *media erumpit.* Flor. *medie rumpit.* *ad id red. deb.* Camp. *d. a. i. r.* *devertit.* Goth. et omnes edd. meae ante Burm. *divertit.*

Cap. IV.

§. 1. *respondimus.* Cervic. *respondebimus.* *ostendenda.* Turic. *ostentenda.* *poni.* Par. 1. quoque *proponi.* Jens.

Loc. Ven. autem *praeponi.* *in his.* Amb. 2. Jens. et edd. ante Sich. *in iis.* *ἐπιχειρήματα.* Amb. 1. *επιχιρεματα.*

§. 2. *semper uti necesse.* Amb. 2. quoque om. *uti.* *propositione.* Turic. Flor. Jens. Loc. Ven. *praepos.* *aliqua quoque satis.* Sic etiam Amb. 2. Par. 1. Sich. *a. s. q.* Flor. omittit *aliqua.* Colin. *ulla satis quoque.* Ex Amb. 1. nihil a scriptura Obrecht. *sine propositione quoque aliqua* diversum notatur. *solet in argum.* Goth. *i. a s.* *sicut.* Turic. *fuit.* Voss. 3. *ut si.* Amb. 1. Flor. Camp. *si ut.* *exposui.* Turic. *exposuit.* *ita gesta sunt.* Turic. Camp. Bern. om *ita,* cum Alm. Guelf., qui etiam *s. g.* *Judices.* Turic. a sec. m. *sed judex.* Camp. *judex.* *superatus.* Amb. 1. Turic. Flor. Guelf. Goth. Amb. 2. Jens. et edd. ad Colin. usque, cum illis ap. Burmann. *superatus est,* sicut apud Ciceronem quoque librorum auctoritas postulat. *vi victa.* Turic. Guelf. *invicta.* *vis.* Camp. *jus.*

§. 3. *est.* *Sed non.* Amb. 1. om. *Sed,* cum Flor. Amb. 2. qui *non unquam* dant. *valde utilis est.* Amb. 1. Turic. *vero deest utiliter* cum Flor. a pr. m., nisi quod hic *utilis*, et a sec. m. *valde est utilis.* Alm. *deest utiliter.* Camp. *vero valde est ut.* *praecipue.* Omittunt etiam Amb. 1. Flor. Alm. [Hae scripturae varietates adeo memorabiles sunt, ut scribendum videatur *Nunquam vero deest utiliter, ubi res defendi non potest, et de fine quaeritur.*] *fine.* Sic etiam Flor. Par. 1. cum Amb. 1., qui inserit *et* ante *de,* pariter atque edd. a Bad. ad Stoer. *sustulit.* Camp. *substulit.* *cognoscitis.* Sich. *cognoscitur.* *An id.* Turic. a pr. m. Flor. *ad id.*

§. 4. *aut mult.* Par. 2. *ac m.* *propter.* Turic. Camp. omittunt. Voss. 1. 3. *per.* *quin.* Etiam Amb. 1. Flor. Par. 1. *qui si.* Amb. 2. *qui.* *propositio.* Guelf. *praepositio.* *confessionem.* Guelf. Bern. Ald. *concessionem.* *adversarii.* Turic. a pr. m. Amb. 2. *adversari.* *indicat.* Voss. 2. Ald. *judicat.* *sed adjuvat.* Etiam Amb. 1. Flor. a pr. m. *judici,* a sec. addit *sed adjuvat.*

§. 5. *et s. et d.* Amb. 1. om. *et—et.* *simpl. et.* Turic. Flor. Camp. Obr. inser. *sunt plerumque.* *Socrates.* Turic. a pr. m. Voss. 1. *Socratis.* *quod corrump.* Camp. *qui c. introduceret.* Ald. Cervic. Gryph. *induceret.* *cum leg.* Turic. *cum* omittit. *quod nihil ex.* Turic. a pr. m. *quod hil ex.* Voss. 1. *quod in lex.*

§. 6. *petitionem.* Par. 1. 2. *petitorem.* *petis.* Turic. Flor. a pr. m. Alm. *petitis*, ad rem apposite, agitur enim cum duobus. *procuratori enim.* Sic etiam Par. 5. *procuratorem enim* etiam Amb. 1. Flor. Par. 1. 2. *neque illi.* Goth. *ne illi.* Jens. et cett. ante Stoer. meae *nec illi.* *sed neque es.* Turic. Flor. a pr. m. Camp. Goth. *se neque est.* Amb. 1. siletur, sed tertia persona opus est. *mutuam.* Amb. 1. Par. 1. 2. *mutuum.* *dicor: nec.* Amb. 1. inser. *sed.* *ipsi debui.* Cervic. *ipse d.*

§. 7. *haec.* Goth. Voss. 2. cum edd. ap. Burm. *hae.* Camp. omittit. *ostendisse.* Turic. Flor. a pr. m. *ostendisset.* *Hac.* Guelf. Voss. 1. Jens. Loc. Ven. Bad. *haec.* *plures sunt.* Jens. cum edd. ante Stoer. *pl. erunt propositiones.* Camp. *probationes.* *conjungantur.* Turic. Flor. *conjunguntur.*

§. 8. *Est et.* Goth. Jens. Loc. Ven. *et est.* *Caedis ago.* Amb. 1. Turic. Alm. *cedis ego.* Flor. a pr. m. *caedis ego.* Amb. 2. *cedis ago.* *C.* Amb. 1. Par. 1. *G.* *tribunus.* Flor. *tribuno.* *Praeter haec.* Jens. cum edd. ante Gryph. *pr. hoc.* *aut advers. — mecum agitur.* Haec verba absunt etiam ab Amb. 1. *uter sit.* Turic. Flor. a pr. m. *ut sit.* Voss. 1. *uterum sit.* *propior.* Turic. Flor. a pr. m. *proprior.* *conjungimus.* Amb. 1. 2. Flor. Par. 1. 2. 5. *jungimus.* *Ego hoc.* Sich. inser. *quoque.*

§. 9. *propos. cum.* Sic etiam Amb. 2. Par. 1. At Amb. 1. inser. *nam.* Turic. Alm. *propositionem cum.* Flor. *propositione cum.* *expositio.* Guelf. *expositioni* *ordine.* Guelf. *ordinem.* *cognoscitis.* Amb. 1. *cognitis.* *judicis.* Guelf. *judici.* Amb. 1. Flor. omittunt. *quo se.* Turic. Flor. a pr. m. Camp. *quod se.* *quodam velut.* Amb. 1.

Flor. *velut quodam.* Amb. 2. *vel quodam ut.* *tactu.* Sic etiam Par. 2. *excitatus.* Amb. 1. *resuscitatus.* *et initium.* Amb. 1. om. *et.* *quoque.* Cervic. Colin. omitt.

novum quodammodo. Amb. 1. Flor. Cervic. Colin. ordinem invertunt.

Caput V.

§. 1. *Partitio.* Turic. a pr. m. *partio.* *adversarii.* Turic. a pr. m. Amb. 2. *adversari.* *utrarumque.* Turic. a pr. m. Alm. *aut rarumque.* *collata.* Amb. 1. *collocata.* Amb. 2. *conlata.* *quidam.* Turic. Flor. Alm., Guelf. *quidem.* *quod ea.* Flor. etiam *de* inser. *et fiat.* Omittunt *et* etiam Amb. 1. Flor. Par. 1. 2. 5. *intentior.* Amb. 1. *attentior.* *si scierit.* Etiam Amb. 1. Flor. *suscitetur,* mirum, sed recte tamen jam olim emendatum puto. *dicimus, et de quo.* Omittit haec omnia Flor. a pr. m. *sumus.* Amb. 1. Par. 1. quoque *simus.*

§. 2. *Rursus.* Amb. 1. *rufus* cum Flor. a sec. m., qui tamen a pr. m. *rurfus.* *arbitrantur.* Amb. 1. Turic. a pr. m. Flor. a pr. m. *arbitratur.* Cf. ad III, 8, 37. *et excidere.* Guelf. Goth. Bad. cum cett. ante Gryph. meis omittunt *et.* *praeterierimus.* Amb. 1. 2. Flor. *praeterimus.* Par. 1. *praeteriemus.* *accidet.* Guelf. a pr. m. Goth. Voss. 1. 2. 3., et praeter edd. ap. Burm. omnes meae a Jens. ad Gryph. *accidit.* *ad agendum.* Flor. a pr. m. Chouet. omitt. *ad.*

§. 3. *lucida est ratio.* Sic etiam Amb. 1. *l. e. ut oratio* Flor. a pr. m. *l. sit ut ratio* a sec. m. *l. st ratio* Amb. 2. *rectae.* Amb. 1. 2. Jens. *recte.* *adeo ut.* Etiam Amb. 1. Flor. inserr. *quoque.* *id.* Amb. 1. *ad.* *decedere.* Turic. a pr. m. Flor. *decere.* Turic. a sec. m. *decidere.* *probaverim.* Flor. *probaverunt.* *partitionem.* Turic. a pr. m. *partionem.* *tres.* Flor. Jens. Loc. Ven. Bad. *tris,* ceterae ab Ald. ante Burm. *treis.* *hoc aut alio tamen.* Flor. a pr. m. om. *aut,* a sec. etiam *alio.* Bern. *hoc tum.* Amb. 2. *h. a. al. tum.* *plures.* Flor. *pluris.*

§. 4. *gratiora.* Turic. a pr. m. *graciora.* Flor. a pr. m. Guelf. *gratiosa.* *non semper sit ut.* Sic etiam Sich. *sunt si inventa sub.* Turic. a pr. m. *sun sub*, a sec. m. *si sub.* Flor. a pr. m. *sunt si inv.* Alm. omittit *sunt subito.* *inter dicendum.* Camp. *intercidendum.* *ex re.* Goth. Voss. 2. Camp. Ald. Bad. Cervic. Colin. *e re.* Jens. Loc. Ven. *est re.* *injucunda.* Turic. Alm. *jucunda.* *omnis.* Goth. *omnes.* *reliquum.* Amb. 2. *relicum.* *praecerpitur.* Flor. a pr. m. *praecepitur*, a sec. item *praecipitur.*

§. 5. *etiam.* Sich. om. *et variis.* Turic. Flor. uterque a pr. m. *et* omittunt, cum Alm. *fallendus.* Turic. Flor. uterque a pr. m. Alm. *fallentes.* *quod petimus.* Jens. et edd. ante Gryph. inserr. *nos.* *quam jud.* Amb. 1. Turic. Alm. *quod j.* *providet.* Amb. 1. 2. quoque *providit.* Par. 5. etiam *providerit.* Ald. Gryph. Col. et edd. ap. Burm. *praevidet.* *prius, quam.* Goth. Jens. cum edd. ante Stoer. *antequam* *praeformidat.* Sic etiam Amb. 1. Par. 1. At Flor. Amb. 2. quoque *performidat.* *at si, re.* Turic. Flor., uterque a pr. m. Amb. 2. *ad scire.* Goth. Voss. 2. *et si re.* Voss. 3. Alm. *at scire.* *crederetur.* Flor. a pr. m. *credetur.* Guelf. *creditur.*

§. 6. *quaest. est.* Guelf. om. *est.* *perturbandus.* Cervic. etiam *perturbationibus.* Flor. Amb. 2. Par. 1. *turbationibus.* Ex Amb. 1. nulla varietas scripturae discedens ab Obr. *turbandus* affertur. *sed plus.* Turic. a pr. m. *se plus.* *cui rei.* Turic. a pr. m. Alm. Guelf. Voss. 1. 3. Bern. Amb. 2. *cur ei.* Turic. a sec. m. *cum ei.* Flor. *cur rei.* *maxime.* Amb. 2. *maxima.* *tenuis.* Turic. a pr. m. *tenuis est.* Flor. a pr. m. *tenuissem.* *scrupulose.* Guelf. Jens. Loc. Ven. Cervic. *scrupulosae.* *partes.* Guelf. *partis.* *secta.* Sic etiam Amb. 1. 2. Flor. Par. 1. 2. *cognoscenti.* Flor. Amb. 2. Par. 1. 2. *cognoscendi.* Amb. 1. siletur.

§. 7. *Quid? quod.* Turic. Flor., uterque a pr. m. *quicquid.* *et velut.* Turic. a pr. m. Flor. Alm. Voss. 3. omittunt *et.* *rarum.* Goth. *raro.* Amb. 2. Bern. *rerum.* Voss. 3. *erum.* *rationi.* Amb. 1. *narrationis.*

§. 8. *haec.* Guelf. *hoc.* *partitione.* Turic. *partioni.* Flor. *partione.* *audivit.* Goth. *audierit.* Camp. *audiverit.* *vel objicienda.* Amb. 1. *vel obicienda.* *et utilis.* Jens. Loc. Ven. omittunt *et.* *part. est.* Jens. Loc. Ven. omittunt *est.* *quod quaque.* Sic etiam Amb. 2. Par. 1. 5. At Cervic. Colin. etiam *quid quaque.* *at si.* Guelf. Sich. *ac si.* Jens. Loc. Ven. *et si.* *varie.* Amb. 2. *variae.* *defendemus.* Jens. et edd. ante Stoer. exceptis Bad. Cervic. *defenderimus.* Obr. *defendimus.*

§. 9. *Ut.* Turic. Flor. *aut.* *si ita.* Amb. 1. 2. Turic. a pr. m. Flor. Guelf. Jens. *si illa.* Goth. omittit *ita.* *parciamur.* Turic. a pr. m. *parciamur.* Guelf. *patiamur.* *tueor reum ut.* Sic etiam Flor. et verisim. Amb. 1., qui cum Obr., in qua vox illa legitur, collatus est. *in eo.* Omittit Amb. 2. *homo occisus est.* Gryph. *o. e. h.* *ante id.* Amb. 2. Camp. et edd. ante Burm. meae *antequam id.* *exequeris.* Voss. 1. Jens. Loc. Ven. Ald. Sich. cum eis ap. Burm. *exequaris.* *necesse est.* Guelf. sine dubio omittit *est.*

§. 10. *potentissimum est.* Amb. 1. Turic. *potentissime,* omittentes *est* cum Alm. Cervic. *potentissimum est.* *promisso.* Camp. *promissio.* *patronum.* Amb. 1. Turic. Camp. *patroni est.* *si est.* Turic. Flor. a pr. m. Alm. *si enim.* Guelf. *sicut.* *si vel.* Guelf. *sic vel.* *occup. vel.* Jens. Loc. Ven. inserr. *si.* *in aliqua.* Amb. 1. Turic. omitt. *in.* *si moribus.* Par. 1. *sit m.* Par. 5. Sich. *sic m.* Jens. Loc. Ven. Ald. Colin. inserr. *sit.* *incompositus.* Par. 1. 5. Sich. *compositus.* Amb. 2. *cum positus.*

§. 11. *Oppianicum.* Goth. Jens. et edd. ante Colin. *opianicum.* Camp. *Oprianicum.* *ab iis ipsis.* Etiam Amb. 1. Flor. omittunt *iis.* Guelf. Sich. Colin. Gryph. *ab his ipsis.* *condemnatus.* Goth. Jens. Loc. Ven. Bad. Colin. *damnatus.* *pecunia.* Jens. Loc. Ven. *pecuniae.* *tentatum.* Amb. 2. Jens. *temptatum.* Camp. *temtatum.* Sich. sequens *non* ponit ante *t.* *a Cluentio.* Amb. 1. Turic. Flor. Alm. Camp. Goth. Voss. 2. Vall. Colb. marg. Basil. Vidov. *pro Cl.*

[contra quam editur apud Ciceronem, sed eodem fere sensu.] *posset.* Guelf. Goth. Par. 2. marg. Vidov. *potest.*

§. 12. *tam erit.* Goth. Jens. et edd. ap. Burm. *e. t.* *aut injustus.* Amb. 1. Turic. Alm. Camp. omittunt *aut.* *fateatur optime.* Jens. Loc. Ven. o. *f.* *Murena.* Amb. 2. *munera.* *tres.* Turic. Goth. *tris.* *partes fuisse.* Amb. 1. *f. p.* *reprehensione.* Turic. Flor. *reprehensionem.* *contentione.* Guelf. *contemptione.*

§. 13. *genere prius si sequens.* Sic Amb. 1. Turic. Flor. a pr. m. Alm., ceteris omissis. *defensionis.* Camp. omittit. *prius pertinere.* Guelf. Amb. 2. Camp. *pert. pr.* *quo enim.* Guelf. *quomodo enim.* *enim prius.* Jens. et cett. ante Bad. *pr. e.* *obstare.* Camp. *constare.* *fidem.* Amb. 1. Turic. Flor. a pr. m. Alm. omittunt. *neutro.* Guelf. *neutroque.* *indubitabile.* Amb. 1. *indubitalc.* Flor. *indubitabilem.* Voss. 1. *indubitate.* *est) sit solo.* Sic etiam Amb. 1. Par. 1. 2. 5. Colin. At Amb. 2. om. *sit.* Guelf. *e. s. modo.*

§. 14. *At si quid.* Turic. *ac si quod.* Alm. Goth. Amb. 2. *ac si quid.* *in eo.* Jens. Loc. Ven. omittunt *in.* *tanquam.* Camp. *tamen.* *credet.* Turic. Flor. Guelf. Amb. 2. Bern. *credit.* *Ut.* Goth. *aut.* *possit.* Turic. a pr. m. Flor. Amb. 2. Jens. et reliquae ante Stoer. *posset.* *incertae.* Etiam Amb. 1. 2. Flor. Par. 1. 2. 3. *incerta.*

§. 15. *Milone.* Guelf. *Miloni.* *primo.* Etiam Flor. Amb. 1. 2. *primum.* *ex abundanti.* Flor. a pr. m. *ex habundantiam*, a sec. m. *ex habundantia.* Guelf. *et habundanti.* *addit.* Amb. 1. Flor. Voss. 1. 3. *addidit.*

§. 16. *Neque illum.* Goth. Bad. Cervic. Colin. Gryph. *nec illum.* Jens. Loc. Ven. *nec ullum.* *ordinem.* Turic. om. *damnaverim.* Camp. *dampnaverim.* *etiamsi.* Flor. omittit quoque *etiam.* *sunt dura.* Goth. *sint d.* *sequuntur.* Turic. Flor. Amb. 2. Guelf. *sequentur.* Voss. 3. Camp. *sequantur.* *est quod.* Guelf. Goth. Voss. 2. Jens. et reliquae ante Stoer. inserunt *id.* *Iniquum.* Amb. 2. *inicum.* *aequum.* Amb. 2. *aecum.*

§. 17. *credat.* Amb. 2. *cre.* *audenda.* Guelf. Voss. 3. Amb. 2. *audienda.* Voss. 1. *acte audienda.* Flor. a pr. m. *audiendum.* Amb. 1. *siletur.*, quod indicio esse debet et ipsum exhibere *audendum.* Et solet Quintilianus imprimis cum pronominibus gerundium conjungere, nec mutare illud in participium. *tentanda.* Amb. 2. Camp. *temtanda.* Jens. Loc. Ven. *temptanda.* *effici.* Turic. Amb. 2. *offici.* Jens. Loc. Ven. *omnino eff.* pro *eff. omn.* dant. *possunt.* Flor. Amb. 2. quoque *possint.* Verisimiliter etiam Amb. 1. *quoties.* Goth. Guelf. Jens. *quotiens.* *hac, de qua.* Turic. *haec de qua.* *fuit.* Guelf. *fuerit.*

§. 18. *quoties.* Goth. *consequens.* *suspicabimur.* Amb. 1. *supplicabimus.* *a judice.* Turic. *a judici*, cum Amb. 1., qui etiam *a* omittit. *de qua.* Turic. Flor. Amb. 2. Jens. et edd. ante Gryph. meae exc. Sich. *de quo.* *promittamus.* Turic. *permittamus.* *agitur.* Amb. 1. *agetur.*

§. 19. *verecunda.* Turic. Amb. 1. Flor. a pr. m. *verecundia.* *et adversi.* Sic etiam Amb. 1., sed omisso *et* una cum Turic. *probationis.* Goth. *probitatis.*

§. 20. *nos.* Turic. *vos.* *et invitis.* Amb. 1. omittit *et.* *judiciariam.* Guelf. *judiciarum.* *interpellemur.* Amb. 2. *interpellemus.* *ab iis.* Flor. quoque a pr. m. *ab his.* *subsistere.* Guelf. *substinere.* *avertenda.* Flor. *ad convertenda.* *surrepetur.* Amb. 2. *subrepetur.*

§. 21. *Sic utraque.* Camp. *si utraque.* *juvabit.* Camp. *juvabitur.* *modestiae.* Flor. a sec. m. Alm. Amb. 2. Voss. 1. 3. Sich. Basil. *modestior*, quae edd. addunt *ac* ante *attentior.*

§. 22. *aut utilis etiam.* Sic etiam Flor. At Goth. et edd. a Bad. ad Gryph. *ac ut. e.* *solum id.* Hoc ordine etiam Amb. 1. 2. Flor. Par. 1. 2. 3. *quae dicuntur.* Turic. a pr. m. omittit *quae.* *ex turba.* Goth. *e turba.* *extractis.* Guelf. *etractis.* *certo.* Omittit Amb. 2. Voss. 3. *singularum.* Voss. 2. Jens. *singularium.* *aliter quam.* Turic. Flor., uterque a pr. m. *al. quem.* *facientibus.* Turic. *fatientibus.*

§. 23. *exhausti laboris.* Turic. Flor., uterque a pr. m. *exh. labori.* Flor. a sec. m. Amb. 2. Voss. 1. 3. Bern., et praeter eas apud Burm. Jens. Loc. Ven. *exaustis laboribus.* *voluptati est.* Turic. a pr. m. *voluptatem est*, a sec. m. *voluptas est.* *et hortatur — necesse.* Haec omnia omittit Flor. a pr. m. *reliqua.* Amb. 2. *reliquas.*

§. 24. *laudis Q. Hort.* Turic. a pr. m. Amb. 2. Voss. 3. *laudisque Hort.* *digitos.* Guelf. Voss. 1. 3. Bern. *digitis.* *diductam.* Amb. 1. Camp. Cervic. *deductam.* *eludit.* Guelf. *deludit.* *est suus.* Etiam Par. 2. 3. 5. inserr. *certus.* Camp. *est finis.* Sich. Cervic. Colin. etiam *certus ejus.* *et in gestu.* Sic etiam Par. 2. At Flor. a pr. m. quoque *et ingesta.* *vit. ut quae max.* Flor. quoque a pr. m. hoc dat, sed a sec. m. *ev.* Par. 1. 2. 5. *vit. max.* Sich. etiam *ev. max.* Amb. 1. *vit. utique max.* *concisa.* Camp. *conscisa.*

§. 25. *auctoritati.* Flor. *auctoritate.* *minuta.* Amb. 2. *multa.* *nec jam.* Amb. 2. Guelf. omittunt *jam* *frusta.* Turic. Flor., uterque a pr. m. Camp. Amb. 2. Bern. *frustra.* *nec tam.* Jens. Loc. Ven. *nec tamen.* *fecerunt.* Camp. *fecerint.* *mille.* Flor. a pr. m. omittit. *in eandem.* Amb. 1. *infandam*, cum Turic. Flor. a pr. m. Amb. 2. *in eadem.* *in eand. incid.* Turic. *inc. inf.* Camp. *inc. in e.*

§. 26. *Et divisa.* Sic etiam Amb. 1. Flor. Par. 3. At Ald. Sich. *Et divisio.* *div. et.* Amb. 1. inser. *autem.* *adhiberi.* Flor. Amb. 2. Par. 1. 2. sic etiam. *debet esse.* Sic etiam Flor. *adhibetur usum.* Amb. 2. Voss. 1. 3. Bern. *adhibiturus sum.* *tum brevis.* Voss. 3. *tam b.* Camp. *tamen b.* *quid dic.* Sic etiam Amb. 1. Flor. a sec. m. At Par. 1. *quod dic.* *dict. sumus.* Sic etiam Flor. Par. 1. 5.

§. 27. *ne quid sup.* Flor. *ne quod s.* *subjicitur.* Camp. *subicitur.* *ut si.* Flor. Par. 5. Camp. om. *si.* *cum justitia atque continentia.* Haec omittunt Turic. Flor. Voss. 1. Sich. Camp. *c. j. et c.* *sint.* Goth. *sit.* Camp. *sunt.*

§. 28. *prima est.* Bad. Cervic. Colin. cum edd. ap. Burm. *proponit.* *quid sit.* Turic. *quod sit.* Flor. a pr. m. *qui sit.* Camp. *quod est.* *ambigatur — in eo, de quo.* Haec desunt in Amb. 2. At Guelf. *ambigitur.* *fateatur.* Guelf. *confiteatur.* *quid nos.* Flor. a pr. m. *quod nos.* *ambigitur, quae.* Etiam Amb. 1. 2. Flor. inserunt *quae dicturi sumus.* *propositiones.* Turic. *praepositionis.* Guelf. *propositionis est.* *adversae.* Jens. et edd. ante Sich. meae, exc. Ald. *diversae.* *Turpissimum.* Amb. 1. *pessimum.* *vero non.* Sic etiam Flor. Par. 1. 2. *eodem.* Sic etiam Flor. *quo quidque.* Turic. a pr. m. *quod quisque.*

LIB. V.

PROOEMIUM.

§. 1. *quidem.* Amb. 2. Par. 1. *quidam.* *docere.* Camp. *dicere.* *Namque et.* Cervic. *nam et.* *primum.* Turic. Flor. a pr. m. omitt. *vitium.* Camp. *initium.* *depelli.* Amb. 1. Flor. a pr. m. etiam *pelli.* *vel ira.* Amb. 1. Flor. a pr. m. *gratia.* *similibusque.* Guelf. Sich. *aut similibus.* *et volupt.* Flor. Par. 1. *nec vol.* *petere.* Guelf. Voss. 3. *partem.* Voss. 1. *putem.* *oporteret: et.* Amb. 1. *oportere nec.* *non modo.* Turic. a sec. m. *nam eum modum.* Camp. omit. *agenti.* Turic. Flor. Guelf. Amb. 2. Voss. 1. 3. *agendi.* *sed — dignum.* Absunt haec etiam ab Amb. 1. Flor. a pr. m., sec. m. omittit *etiam* solum.

§. 2. *dubio.* Guelf. *dubiis.* *summoverent.* Jens. et edd. ante Gryph., exc. Ald. *summoverunt.* *crederent* Jens. et edd. ante Ald. *crediderunt.* *quae ex adv.* Amb. 1. 2. Flor. omitt. *ex.* Turic. a pr. m. *quae ab adv.* Par. 2. *quae e*

diversa. Par. 1. *quae adversario.* *proponerentur.* Guelf. *proponerent.*

§. 3. *Utrumcunque.* Par. 1. quoque *utrumque.* *neque enim.* Sic etiam Amb. 2. Ald. Sich. *quo toto.* Amb. 1. *qui t.*, a sec. m. *quia t.*, sed forte prius erat ut editur. Turic. Flor. a pr. m. Alm. Camp. *quia toto.*

§. 4. *prooemii.* Turic. a pr. m. Alm. *prohoemia.* *neque narrat.* Goth. Jens. et edd. ante Gryph. exc. Sich. *est alius.* Amb. 1. Turic. Flor. Camp. *esset alius.* Alm. *alius esset.* Jens. et edd. ante Bad. omittunt *alius.* *atque ea.* Goth. *et ea.* Voss. 3. omittit *atque.* *perveniremus.* Amb. 2. *pervenerimus.* *ut judicem.* Amb. 1. inser. *huic.* *praeparent et.* Amb. 1. a sec. m. Flor. a pr. m. *praeparentis.*

§. 5. *ex quinque.* Turic. Flor. a pr. m. Alm. omittunt *ex.* *quas jud.* Guelf. *duas jud.* *materiae.* Turic. om. *necessaria.* Turic. *necessariae.* *cui prob.* Amb. 1. Turic. *quae prob.* *probatione.* Guelf. *probationi.* *videmur.* Amb. 1. Flor. quoque *videamur.* *quae in commune.* Amb. 1. 2. Flor. Camp. Guelf. Voss. 2. Bern. Goth. item hoc ordine. *omnes quaestiones.* Turic. *omnis quaestionis.* *quae in.* Guelf. Amb. 2. omitt. *quae.* *genere propr.* Guelf. inser. *quae.* *propria sunt.* Turic. Flor. Guelf. Sich. Colin. *pr. sint.* Camp. *priora sint.*

CAP. I.

§. 1. *prima.* Voss. 1. Camp. *primo.* *fere.* Guelf. omittit. *probationes.* Flor. a pr. m. Amb. 2. Par. 5. *propositiones.* Loc. *probatione.* *acciperet.* Amb. 1. *acceperit.* *has — artificiales.* Haec verba absunt etiam ab Amb. 1. *vocaverunt.* Guelf. om.

§. 2. *tormenta tabulae.* Turic. *tormentabile.* *ipsa.* Flor. a pr. m. *ipse* cum Amb. 2. *per se car. arte.* Amb. 2. Sich. om. *per se.* Jens. et edd. ante Cervic. exc. Ald. *c. a. p. s.* *eloquentiae.* Amb. 1. *eloquentis.* *et allev.* Amb. 2. quoque om. *et.* Flor. *et adlevanda.* Ald. Cervic. *et elevanda.*

§. 3. *quae aut pro.* Flor. Par. 5. omitt. *aut;* Jens. Loc. Ven. inserr. post *his;* Cervic. Sich. ante Basil. quoque dant. Par. 1. omnia haec et sequens *his* omittit. *his aut.* Colin. inser. *dici.* *Non enim.* Goth. Jens. et edd. ante Gryph. *nec en.* *viam.* Amb. 1, 2. Flor. Par. 1. 2. 5. etiam *vim.* *inveniendo.* Amb. 1. *inveniendi.*

Cap. II.

§. 1. *Jam.* Amb. 1. Par. 1. 2. 5. *tamen.* Flor. *tam.* Ald. *nam.* *vis omnis tribus.* Amb. 1. Flor. a pr. m. *de his omnibus.* *in gen.* Guelf. om. *in.* *ex paribus.* Turic. Flor. Camp. *et paribus.* Jens. Loc. Ven. *ex partibus.* *rescissis.* Turic. *recissis.* Voss. 1. 3. *recisis.* *contra fil.* Amb. 2. a sec. m. cum edd. Bad. Cervic. Colin. inserr. *in.* *ductum.* Guelf. *dictum.* *qualia in — pronunciatum est.* Guelf. omittit haec omnia. *Oppianicum.* Turic. *opianicum.* *et a senatu.* Turic. a pr. m. Flor. Amb. 2. *et senatu.* Voss. 1. 3. *et senatus.* *reis.* Guelf. *reum.* *deportatis.* Guelf. Amb. 2. Voss. 1. 3. Bern. *deportatum.* *assertione.* Goth. *asserctione.* *et partibus.* Guelf. *de p.* Goth. Jens. et edd. ante Stoer. inserr. *de.* *hastas.* Turic. a pr. m. *astis,* a sec. m. *pastes.*

§. 2. *auctoritate.* Amb. 2. Bern. *auctoritatem.* *rerum.* Camp. *eorum.* *de quibus.* Omittit *de* Amb. 1. *raro.* Turic. Flor., uterque a pr. m. *rara.* *in his.* Jens. et edd. ante Gryph. exc. Ald. Sich. *in iis.* *Vult.* Amb. 1. *volunt.* *quisque.* Amb. 1. 2. Guelf. *quisquam.* *nec lib. ex.* Sic etiam Flor. Amb. 2. Par. 1. 2. 3. *quod in se.* Amb. 2. *quid i. s.*

§. 3. *ergo.* Omittunt Guelf. Goth. Amb. 2. Sich. *ferret.* Guelf. *feret.* *actionum.* Turic. a pr. m. Flor. inser. *at.* Turic. a sec. m. *aut.* *incusanda.* Guelf. Amb. 2. Bern. *insecunda.* Voss. 1. 3. *insequenda.* *negligentia.* Flor. Amb. 2. *neglegentia.* *judicatum.* Jens. Loc. Ven. *judicium.* *de gratia.* Turic. Camp. omitt. *de.* *inveniendum.* Flor. *inveniundum.* *quod causae.* Goth. Voss. 2. Jens. Loc. Ven.

Bad. Cervic. Obr. *quid causae.* *postea acc.* Guelf. inser. *quid ea.*

§. 4. *multas.* Amb. 1. 2. *multos.* *causas:* Amb. 1. *casus*, optime. *inique.* Amb. 1. *iniquum.* Alm. *inicum.* Turic. *initium.* *etiam.* om. Guelf. *jurijurando.* Guelf. Flor. a sec. m. *jurejurando.*

§. 5. *autem.* Camp. *etiam.* *et decreta.* Ald. *vel decreta.* *principum.* Turic. *principium.* *vel magistratuum.* Turic. *vel magistrativum.* Jens. et edd. ante Gryph. exc. Sich. *et magistratuum.* *quantulacunque.* Amb. 1. 2. Flor. Par. 1. 5. *quantulumcunque.* *vel eorundem.* Amb. 1. Ald. omittunt *vel.* Par. 2. om. *vel ejusdem.* Omittunt quoque Flor. Amb. 2. Par. 1. Sich. *posterior.* Amb. 1. Turic. Flor. Camp. Par. 1. *posteriorum.* Goth. *posteriore.* *constitutio.* Goth. *constitutione.* Post hoc verbum Turic. Flor., uterque a pr. m., inserr. *quae sit priora constitutio.* *sit.* Camp. *fit.* *quae si.* Amb. 1. a pr. m. *qua si.*

Cap. III.

Famam. Amb. 1. *fama.* *consensum.* Turic. *consensu.* *et velut.* Camp. om. *et.* *etiam innocentissimo.* Turic. *e. at* (quod sec. m. delet) *incontentissimo.*, cum Flor. a pr. m. *vulgantium.* Amb. 1. 2. Flor. Par. 1. 2. 3. etiam *vulgarium.* *utrinque.* Turic. Flor., uterque a pr. m. Voss. 1. *utrumque.*

Cap. IV.

§. 1. *in torm.* Amb. 1. om. *in.* *vera.* Turic. Guelf. Goth. Amb. 2. *veram.* *fatendi.* Guelf. *faciendi.* *saepe etiam causam falsa.* Amb. 1. Turic. Flor. Alm. *quaestionem vel falsa.* Camp. quoque inser. *vel* inter *causa* et *falsa.* Guelf. *falsi* dat. *mendacium.* Turic. a pr. m. *mendicantium*, a sec. m. *indicantium.* *faciat.* Amb. 1. Turic. Flor. Alm. *facti.* *aliis.* Camp. *alii.* *infirmitas.* Amb. 1. a sec. m. *infirmatis.* Alm. *infirmitatis.* *Quid attinet.* Amb. 1. Camp. *quod att.* *de his plura.* Goth. Jens. et edd. ante Stoer. *p.*

d. h. *plura? Plenae.* Amb. 1. a pr. m. inser. *quod.* Flor. *quid.* Camp. et Amb. 2. *quibus*, omnesque exhibent *plene.*

§. 2. *et quem.* Jens. Loc. Ven. *aut quem.* *intererit.* Turic. Flor. a pr. m. *interit.* *offerat.* Amb. 1. *auferat.* *et in quem.* Camp. *aut in quem.* *et ex qua.* Guelf. Goth. Voss. omn. omitt. *et.* *erit habita.* Flor. *h. e.* Camp. *erat h.* *quis ei.* Camp. *quis enim.* *praefuerit.* Turic. a pr. m. *profuerit.* *incredibilia.* Sic etiam Flor. *inter se.* Turic. Flor. *inter sese.* *coeperat.* Turic. Flor. Alm. Camp. *coeperit.* *mutarit.* Flor. a pr. m. *mutaret.* Alm. *mutavit.* Goth. Jens. et edd. ante Stoer. *mutaverit.* *procedente.* Camp. *precedente.* *utrinque.* Turic. Flor., uterque a pr. m. *utrumque.* Turic. a sec. m. Camp. *utraque.* Guelf. marg. Basil. *utique.* *ipsa.* Jens. et edd. ante Bad. *ipsarum.*

C a p. V.

§. 1. *saepe dictum* etiam Amb. 1. Flor. a pr. m. omittunt. *saepe dicendum* Amb. 2. om. *est cum.* Amb. 1. inser. *quoque.* *etiam acc.* Guelf. *et acc.* *accusari.* Amb. 2. *accusaris.* *esse usit.* Amb. 1. *u. e.* *Cum sit autem.* Guelf. om. *sit.* Goth. *c. sic autem.* *tutius.* Guelf. *totius.* *ac facil.* Amb. 1. Flor. Camp. *aut fac.* *quo pauciores.* Sic etiam Par. 5. Sich. *quod p.* Par. 1. *quo scilicet p.* *tractatur.* Turic. a pr. m. Flor. *tractatus.*

§. 2. *si forte.* Guelf. *nisi forte.* *si aut is in.* Turic. Flor. Alm. *si autem in his quod.* Camp. Guelf. Goth. *si autem is in.* Amb. 1. *si aut in is*, a sec. m. *in his.* Amb. 2. *si autem his in.* *quem.* Amb. 1. Turic. a pr. m. *quod*, a sec. *quid* cum Alm. *abfuisse.* Turic. *adfuisse.* Amb. 2. *afuisse.* *Inspectio.* Turic. *in specie.* *ipsa saepe etiam.* Amb. 1. *e. i. s.* Jens. et edd. ante Stoer. exc. Sich. *i. e. s.*

C a p. VI.

§. 1. *aut non recipiunt.* Guelf. *aut respiciunt.* Amb. 2. *repiunt.* *Offerre.* Turic. a pr. m. *offertur.* *sine illa.* Turic. Camp. Guelf. Voss. 1. *sine ulla.*

§. 2. *pejeraturum.* Etiam Amb. 1. Flor. Cervic. *pejerare.* *qua plus.* Guelf. Bad. inserr. *et.* Amb. 1. Flor. anteponunt *aut.* *fidei.* Amb. 2. Voss. 3. Bern. omittunt. *consequetur.* Amb. 1. 2. Guelf. Voss. 1. 2. *consequitur.* *patietur modo.* Hoc ordine etiam Amb. 1. *patiatur.* Guelf. Goth. *aut praeter.* Sic etiam Amb. 1. *causae.* Amb. 1. a pr. m. Turic. a pr. m. Flor. Guelf. Goth. Voss. 1. Jens. Loc. Ven. *causa.* Amb. 1. a sec. m. *causā.* *instrumenta.* Amb. 1. Flor. Guelf. Goth. Voss. 1. *instrumentum.* *adjicit.* Turic. *adicit.* *consc. suae.* Turic. Camp. c. *nostrae.*

§. 3. *recipiet.* Amb. 1. *recipit.* *et iniquam* Guelf. Amb. 2. Sich. omittunt; Bern. om. *iniquam.* Jens. et edd. ante Sich. omitt. *et.* *contemni.* Guelf. *contempni.* *jurisjurandi.* Guelf. Goth. Camp. *jusjurandi.* *quidam.* Jens. *quidem.* *cum etiam.* Editiones meae a Jens. ad Gryph. exc. Sich. *cum et.* *agere.* Sic habet Amb. 1. Etiam Flor. Amb. 2. *ac.* *hum. curam.* Amb. 1. om. *curam* a pr. m. *negarent.* Amb. 1. Turic. Flor. a pr. m. Alm. *negant.* *cum vero.* Goth. *cum vero.* Amb. 1. omittit, et sec. m. inser. post *qui.* *deferente.* Flor. *differente.* *et ipsum.* Turic. Flor. a pr. m. *se ipsum.* *offert.* Camp. *affert.*

§. 4. *agere.* Sic etiam Amb. 1. Flor. Par. 1. *cum litis.* Amb. 1. *qui litis.* *et eum.* Turic. *et cum.* Amb. 2. *et ejus.* *liberat.* Sic etiam Amb. 1. 2. Flor. Par. 1. *stare.* Sic etiam Flor. Par. 1. 2. Colin. At Sich. *stari* ante Basil. *mavult.* Amb. 1. quoque *mavolt.* Flor. a pr. m. *mavelit,* a sec. m. *mavult* cum Amb. 2. Par. 1. 2. 3. Ante Gryph. etiam Colin. *malit.*

§. 5. *ipsi non.* Camp. inser. *notam.* *hoc unum.* Amb. 1. Turic. Flor. omittunt *hoc.* *id agi ut.* Turic. Flor. a pr. m. *id agie.* *ut in causa.* Amb. 1. *ea in causa.* Jens. Loc. Cervic. Colin. Gryph. *ut in ea causa.* *non possit.* Voss. 1. 3. omitt. *non.* *possit queri.* Haec omittit Amb. 1. *queri.* Amb. 2. Guelf. Jens. Bad. Cervic. *quaeri.* *malum occupaturum.* Turic. *malim mutaturum.* Amb. 1. Flor. a pr. m. *malli mutaturum.* Amb. 1. Flor. a pr. m. *se autem.*

Amb. 1. om. *se.* *probare malle.* Amb. 1. *probatem aliae,* a sec. m. *probatio aliae.* Flor. a pr. m. *probare alie.* *affirmet.* Amb. 1. Turic. *adfirmet.* *cuiquam.* Amb. 1. 2. Turic. Flor. Alm. Guelf. *cuique.* *an pejerarit.* Amb. 1. a sec. m. *an se pej.* Flor. a pr. m. *an se pejeraret.*

§. 6. *ne unquam.* Amb. 1. Turic. Flor. Voss. 1. 3. *neque unq.* *deferremus.* Amb. 1. Turic. a pr. m. Flor. Alm. Jens. Loc. Ven. *deferre illius.* Flor. Turic. a sec. m. *deferre ullius.* Amb. 2. Guelf. *deferemus.* *neque optio.* Camp. Jens. et edd. ante Colin. exc. Ald. *nec o.* *esset.* Amb. 1. Turic. a pr. m. Flor. Camp. Goth. Amb. 2. et edd. a Jens. ad Colin. meae cum eis ap. Burm. *esse.* Turic. a sec. m. *est.* *partis.* Amb. 1. Turic. a pr. m. Flor. a pr. m. Alm. omittunt. *elig. nam.* Guelf. inser. *est.* *videretur.* Goth. Camp. et edd. ante Colin. exc. Ald. *videtur.* Ald. Colin. *videatur.*

Cap. VII.

§. 1. *Maximus.* Guelf. *maximi.* marg. Basil. *maximis.* *s. est.* *Ea dicuntur.* Voss. 1. 3. *isti adjiciuntur.* Amb. 2. *sudores te adjiciuntur.* Guelf. *sudores adjiciuntur.* *a praes.* Amb. 1. om. *a.* *obstitisse.* Turic. a pr. m. Alm. *osticisse.* Turic. a sec. m. *osticuisse.* Flor. *obticisse,* a sec. m. *obtinuisse.* *obst. vid. pud.* Guelf. Goth. *v. o. p.* cum edd. ante Gryph. meis. *diffidentia.* Amb. 1. Turic. Flor. a pr. m. Alm. *differentia.* *premitur.* Turic. *premit.* *reprehensionem non capit.* Turic. Alm. *reprehensio non est non c.*

§. 2. *praeterea.* Guelf. *praeterita.* *quaedam cogitatio.* Sic etiam Amb. 1. 2. Flor. a pr. m. *refragatur.* Turic. Flor. a pr. m. *refregatur.* Guelf. *refragantur.* *quo ipso.* Turic. Flor. Camp. *quo ipse.* *ei se.* Amb. 1. Turic. Camp. Colin. omittunt *se.* *Neque tamen.* Goth. Jens. et edd. ante Gryph. *nec tamen.* *quo minus.* Turic. *quae minus.* *et amicus.* Omittit Camp. *integra.* Turic. a pr. m. *intera,* a sec. *interea.* *sit.* om. Camp.

§. 3. *vero* Camp. *non.* *ingens.* Amb. 2. Guelf. Voss. 1. 3. Bern. *ingeniis.* *dimicatio.* Amb. 2. *dimicati.* Guelf. *dimiçari.* *ideoque.* Jens. Loc. Ven. *itaque.* *proque iis.* Sic etiam Amb. 2. Guelf. *quia his.* *acie.* Amb. 1. *quiti* (sec. m. *a* superscripsit). Flor. Alm. *quia ei.* Camp. totum locum sic exhibet: *contra eos pugna confligitur.* *testes.* Guelf. *testem.*

§. 4. *hic comm.* Goth. *his comm.* *quam quae sit.* Amb. 2. *quamque scit.* *scientia.* Par. 1. *sententia.* *detrahendam.* Guelf. *detrahendum.*

§. 5. *quidem sed.* Flor. a sec. m. inser. *est.* *universarum elevata — testimoniorum: ut de.* Turic. Flor. a pr. m. totum locum sic exhibent: *universa at relevant testimoniarum u. d.*, tamen Turic. a sec. m. *testimoniorum.* Amb. 1. *universa relevant testimoniarum.* Alm. *universa relevata testimonia testimoniorum.* *ut de auditionibus.* Voss. 1. 3. *aut d. a.* Camp. omittit. *injuratorum.* Par. 1. *injuriatorum.* *loco.* Amb. 1. Turic. Flor. *locos.*

§. 6. *insectationis.* Turic. Flor., uterque a pr. m. *infectationis.* *Vatinium.* Amb. 1. *Vaticinium.* *aggressi.* Amb. 1. *egressi.*

§. 7. *senem colui: ut.* Amb. 1. Turic. *s. vidi.* *sint cogn.* Turic. a pr. m. *sunt c.* *praecepit.* Par. 1. Voss. 2. Jens. et edd. ante Stoer. cum aliis ap. Burm. *praecipit.*

§. 8. *Id quomodo.* Amb. 1. 2. Par. 1. 2. 5. Voss. 2. 3. omitt. *Id.* *explicabimus.* Turic. a pr. m. *explicavimus.* *et veluti.* Turic. Alm. omisso *et* exhibent *velut,* quo modo etiam Amb. 1. Goth. Camp. *ad quae.* Turic. a pr. m. Amb. 2. *atque.* *animus.* Turic. a pr. m. *amicus.* *quisque dictis.* Goth. Jens. et edd. ante Stoer. *d. q.*

§. 9. *quomodo.* Camp. *quia.* *genera sunt.* Ald. *s. g.* *voluntariorum.* Jens. Loc. Ven. *voluntarium.* *in judiciis.* Amb. 2. omittit. *quibus judex — solet.* Flor. a pr. m. *quibus judiciis publicis legem nuntiatur,* sicut Turic. Ex Amb. 1. nihil ab Obrecht. scriptura diversum notatur. *altero.* Amb. 1. a pr. m. *alter,* a sec. *alterū.* Turic. Voss. 3. Alm.

altera. *pars utraque.* Jens. et edd. meae omnes, exc. Obr. *separemus.* Flor. *separaremus.* Goth. *seperemus.*

§. 10. *volunt. producit.* Etiam Amb. 1. a sec. m. cum Flor. inser. *cum,* a sec. m. *eum.* *dict. sit.* Ald. *d. est.* *ideoque.* Turic. *ide.* Camp. *ideo.* *providendumque.* Guelf. *providendum.* Voss. 1. *providendique.* *testis sit.* Jens. et edd. ante Stoer. *s. t.*

§. 11. *turbantur.* Guelf. Camp. *turbatur.* *enim.* Camp. *en.* *induuntur.* Etiam Amb. 1. 2. Flor. Par. 1. 2. 3. *inducuntur.* *laqueum.* Amb. 2. Guelf. *laqueo.* Amb. 1. Flor. Par. 1. 2. 3. etiam *latus.* *et plus.* Flor. Jens. Loc. *sed et plus.* Amb. 2, *sed plus.* *deprehensi.* Amb. 2. quoque *deprensi.* *interriti.* Camp. *interituri.* *domi ante.* Turic. Flor. *dominante.* *versandi; variis.* Sic etiam Amb. 1. Flor. Par. 1. 2. *possint.* Sic etiam Amb. 1.

§. 12. *constiterint.* Turic. Flor. *constiterunt.* *vit. insidiae.* Sic etiam Amb. 1. 2. Flor. *illa.* Turic. Flor. Alm. *illas.*

§. 13. *igitur, quas.* Camp. Bodl. inserr. *propter.* *laedendi.* Amb. 1. Turic. Flor. Alm. Bodl. *laedi.* *afferant.* Guelf. Voss. 3. *afferunt.* *sat.* Goth. Voss. 2. Jens. et edd. ante Stoer. meae, cum eis quae sunt ap. Burm. *satis.* *per hoc.* Amb. 2. Guelf. *pro hoc.* *reconciliari.* Jens. Loc. Ven. *conciliari.* *corrupti.* Guelf. *conrupti.* *in iis.* Guelf. Amb. 2. Camp. *in his.* *ea quae.* Amb. 2. *eaque.* *tum multo.* Amb. 1. 2. Flor. Par. 1. 5. omittunt *tum.*

§. 14. *suspectius.* Turic. a pr. m. *suspectus.* *perseveraverint.* Amb. 1. *perseverarit.* Turic. *perseverarint.* Flor. *perseverarunt.* Guelf. a pr. m. Goth. Amb. 2. *perseveraverunt.* *responsio.* Sic etiam Flor. a pr. m. Sed ex Amb. 1. nihil ab Obrecht. diversum notatur, si quis ei rei confidere velit. Mihi vero *reprehensionem* sententia videtur postulare, nec multum tribuo hoc in libro codicibus illis adhuc optimis.

§. 15. *tamen.* Sic etiam Amb. 1. 2. Flor. Par. 1. 2. 5.

§. 16. *habet.* Amb. 1. *habent.* *laedendi.* Camp. *ludendi.* *sed aliquo — ad id.* Flor. Camp. etiam *se ab eo*

circuitu quodam ad id. *nec nimium.* Goth. *ne nim.* *ne ad omnia.* Goth. *nec ad o.* Amb. 1. Turic. a pr. m. Flor. Guelf. *ne omnia.* *satis sit.* Jens. et edd. ante Stoer. meae, excc. Ald. Sich. *satis sit — qui.* Turic. Flor. a pr. m. *satis sita idoneo qui.*

§. 17. *At in.* Amb. 2. *an in.* *dicturus est.* Par. 1. 5. omitt. *est.* *interr. est extorq.* Amb. 1. 2. quoque omitt. *est.* *noluerit.* Guelf. *volucrit.* *Hoc* om. Camp. *non alio.* Amb. 1. *rato.* *causae.* Turic. *causa est.* *perducetur.* Camp. *deducetur.*

§. 18. *ut in or.* Camp. *et in or.* *sparsa.* Flor. a pr. m. Amb. 2. Par. 5. *far prosa.* Par. 1. 2. *perosa.* *reum.* Omittit Goth. *convincimus.* Amb. 1. Turic. Flor. a pr. m. Alm. Camp. *conjungimus.* Voss. 3. *convicimus.* *de insecutis.* Flor. Camp. *deinde secutis.* Alm. *dein secutis.* marg. Basil. *de consecutis.* *tempore.* Flor. a pr. m. *tempora.* *ceteris.* Sic etiam Flor. Amb. 2. Par. 1. *quod illi vel.* Guelf. Amb. 2. omitt. *illi.* *quae volumus.* Voss. 2. Camp. *quod v.* *vel iis quae.* Turic. a pr. m. om. *iis,* a sec. m. cum Guelf. Camp. *vel his quae.* *dixerit.* Turic. a pr. m. *dixeritque,* a sec. m. *dixerat* cum Camp. Jens. Obr. At Alm. *dixerque.* Voss. 1. 3. *diximus.* *repugnare.* Turic. Flor., uterque a pr. m. Alm. *pugnare.*

§. 19. *Id si.* Camp. *vel si.* *contingit.* Amb. 1. Turic. Flor. a pr. m. *contigit.* *ut eum.* Turic. a pr. m. *ut cum.* *nolle.* Guelf. *velle.* *in aliquo.* Turic. a pr. m. *in aliquod* cum Flor. a pr. m. Alm. Guelf. Amb. 2. Oxon. Lugd. *quod vel.* Turic. a sec. m. Flor. a pr. m. Guelf. Amb. 2. Voss. 2. 3. Bern. omittunt *quod.* *causam.* Turic. a sec. m. Flor. a pr. m. Guelf. Amb. 2. Jens. Loc. Ven. *causas.* *sit.* Guelf. Goth. Voss. 2. 3. Bern. omittunt. *etiam diutius.* Goth. *est d.*

§. 20. *nesciet.* Item Amb. 1. 2. Flor. Par. 3. Sed Par. 1. *nesciret.* Par. 5. *nesciat.* *actor quid.* Amb. 1. *auctor qui.* *propositi.* Jens. *proponit.* *pedetentim.* Amb. 2. *pediten-tim.* *ejus et ad.* Turic. a pr. m. Flor. Guelf. Amb. 2.

Voss. 3. omittunt *et. eliciendum.* Amb. 1. Turic. Flor. Camp. *eligendum.*

§. 21. *hac quoque.* Turic. Flor. Alm. *haec quoque. postea.* Goth. *poena. oratoris.* Camp. Cervic. Colin. quoque *accusatoris.*

§. 22. *patronorum.* Guelf. Amb. 2. *patronum.* Goth. Voss. 2. *patroni. in parte — expeditior.* Haec omnia omittit Turic. *interr. est* om. Amb. 1. *in parte* om. Flor. *in parte — interr. est* omitt. Alm. *quod raro — expeditior* om. Camp. *interrogandus.* Ald. *interrogandum. est.* Jens. Loc. Ven. *sit. quid dix.* Jens. Loc. Ven. *quod d.*

§. 23. *quod in eo.* Sic etiam Flor. Par. 1. 2. 3. At Amb. 1. om. *quod. cura et.* Turic. Flor., uterque a pr. m. *curat.* Turic. a sec. m. *curet. quas et quib.* Amb. 1. Turic. *qua quibus. ex causis.* Guelf. Amb. 2. omittunt *ex.* Voss. 1. 3. haec omnia omittunt. *amolienda.* Jens. Loc. Ven. *admonenda. deficietur.* Amb. 1. Flor. Par. 1. itidem *deficiet.*

§. 24. *laedant.* Guelf. *legant.* Camp. *ledat. pro conditione.* Camp. *prodictione. illa.* Turic. a sec. m. Camp. *illas. quae supra.* Turic. Camp. *quas s. responderi.* Turic. a pr. m. Flor. Alm. *respondere. solet.* Jens. Loc. Ven. *solent. simplicitate.* Goth. Voss. 2. *simpliciter. possint.* Sic etiam Par. 1. 2.

§. 25. *Verum.* Turic. Flor. omitt. Amb. 1. *vero. ut exorn.* Amb. 1. *aut exorn. ita destr.* Amb. 1. *a destr.*, a sec. m. *ā destr. contingit.* Amb. 1. *contigit. actione.* Camp. *actionem. iis temp.* Guelf. Camp. Sich. *his temp. non post fin.* Sic etiam Flor. Amb. 2. Par. 1. 2. Sed Amb. 1. *non potest. et facilius.* Amb. 1. Flor. cum Ald. omitt. *et.* Amb. 2. quoque *ut fac.*

§. 26. *interrogandi.* Amb. 1. Turic. Camp. Voss. 1. 3. *interrogandae. longus protrahi.* Amb. 1. etiam a sec. m. *longum p.*, a pr. m. *locum p.* Amb. 2. utrumque verbum om.

tamquam. Amb. 1. Flor. a pr. m. etiam *quasi jam. inimicus.* Flor. a pr. m. *inimicos. vel non.* Flor. quoque *et*

non. *interrogatione — patroni.* Sic Guelf., ceteris omissis. *refrig.; aut.* Turic. Flor. inserr. *est* cum Camp. *si quid.* Turic. a pr. m. Flor. Alm. *si quis.* Goth. Voss. 2. Camp. *si qua.* Turic. a sec. m. *si quae.* *vitam.* Turic. Flor. Camp. Guelf. Amb. 2. Voss. 1. 3. *vita.*

